

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

P-Z - Ettenheim-Münster 91

Richard, Jean

[S.l.], 1776

S (Salus)

[urn:nbn:de:bsz:31-110889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110889)

L. Javelus Dominicanus capite 2. ubi agit de timo- 157.
 re, ex una parte illius commoda, ex altera vero illius
 infortunia demonstrat: commoda illius, qui timet
 Deum, et qui donum est Spiritus Sancti; infortunia illi-
 us, qui hominum sermones et censuras reformidans,
 in via Salutis Christianum moratur. Hanc in rem quin-
 que timoris species distinguit, timorem naturalem,
 humanum, prophanum, servilem, et filialem.

S.

Salus
 Obligatio et media illam operandi. Quo
 animo affectos esse oporteat illos qui ei
 incumbunt. Obstacles, quae vincere de-
 bent, et errores, quos vitare debent, ut Sa-
 lutis suae opus eis ad vota succedat: Facili-
 tas et difficultates, quae in eo occurrunt.

Sermo Primus.

Erunt prava in directa, et aspera in vias pla-
 nas, et videbit omnis caro Salutare Dei Luc. 3.

pro Dom. 3.
 Adventus.

1.

Considerando accuratam, quam S. Lucas in re-
 surtionem eorum, qui tempore praedicationis S. Joannis
 Baptista in mundo regnabant et in Judaea domina-
 bantur: quis non credidisset, Auditores, quod in com-
 pendiosa insignium Sceleratorum et atrocissimarum
 abominationum historia omnes Salutis viae nobis praen-
 cludenda forent?

Ad haec Tiberii Imperatoris, Pontii Pilati Judaea-
 procuratoris, Herodis Tetrarchae Galilaeae, Annae et
 Caiaphae ad summum Sacerdotium evictorum nomi-
 na: Quid inde aliud nisi funestum expectari poterat?
 Et si olim Deus vindictarum suarum exercitium ad
 tempus, quo mensura peccatorum hominum impleta
 erat reservaverat, ut aqua diluvis terram submer-
 geret, an non timendum erat, ne homicidiis, inasti-
 bus, sacrilegiis impunis in mundo regnantibus aliud
 ignis diluvium eos daleret sicut Sodomam et Gomor-
 rham?

Attamen in hominum gratiam proorsus aliam ratio-
 nem iniisti tibi Deus: et quemadmodum in ordine na-
 turae providentia tua nunquam melius sentitur, quam
 ubi nullum aut saltem visibilem auxilium ab ipsa expec-

tatur: ita etiam in economia nostra Salutis nunquam illustrius misericordia tua cluatur quam cum, ubi peccatum abundat, gratia tua Superabundat.

In hac praesens chronologica epocha Braucursor Messia à suo deserto egreditur, non ut hominibus ignis Diluuium minetur, sed ut ipsis annunciet Baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum suorum. In me-

Erunt prava in di-
recta, et aspera in
vias planas: at vi-
debit omnis caro
Salutare Dei. Luc. 3.

2.

die infelicitum horum temporum monentur, quod via prava futura sint recta, et aspera mutata in planas, atque omnis homo visurus sit Salvatorem à Deo missum.

Ergo consolationem capiamus, Fratres mei, via Salutis nobis sunt aperta; penas nos stat in iis ambulare: sed ne vestigiis fallamur, doceamur munera nostra; nostrum est ex iis monitis, quae nobis dantur, compendium facere, quò in iis cum fructum ambulemus. Haec via olim aspera et difficile modo sunt complanata, inde misericordiam Domini exaltemus: Verum ut ut complanata sint, tamen sudoribus nostris et poenitentiae nostra lacrymis irrigari debent; ipsius iustitiae Satisfacere seu Deamus. Quid intelligo Auditoras, en id quod duorum sermonum erit argumentum.

Divisio generalis
binorum sermo-
num.

Adversus Moralem nimis severam, dico quod facilius sit Salutem suam, quam multi arbitrantur; prima propositio. Adversus Moralem nimis laxam et mollem, tuor, quod Salus haec à certis conditionibus difficilioribus, quam multi credant, pendat; Secunda propositio: Hodie solum de prima loquamur.

3.

Dicere, quod homo, qui ex religionis atque etiam nimis sani sensus principio agit, Salutis suae negotium omni alii proferre, atque eam cum humili ad Dei misericordiam fiducia operari debeat, idem est ac dicere, quod mercator, qui cupit ditescere, serio negotio suo incumbere, tempora et loca ad id ex voto promovendum et firmandum fortuna sua adificium apte observare debeat. Idem est ac dicere, quod Aulca quidam affecla, qui in ea provahi cupit, nullam Principi suo fidelitatem et Studium suum testificandi occasionem negligere debeat. Idem est ac dicere, quod miles, qui in bello vitare vult, omnem suam industriam et magnanimitatem adhibere debeat, ut ad spectabilia officia et ad propositum sibi finem pervenire mereatur. Nam sub his omnibus his ideis Spiritus Sanctus magnum

et grave salutis nostra negotium nobis exhibet.

Est negotium à quo tota nostra fortuna pendet; ad illud ergo omnem diligentiam afferte, fratres mei, et negotiamini, donec veniat Jesus Christus. Est insinuat

Negotiamini
dum venio.
Rexi saeculorum
immortali

in benevolentiam immortalis omnium saeculorum Regis, inquit dilectus Discipulus; igitur ei exhibete honorem quam meretur, et ejus protectionem totis viribus sollicitate; Est dimicatio generosa, inquit S. Paulus, arma ergo capesite, ut reportetis coronam, quae nunquam vobis tollatur.

4.

Quilibet in nostra religionis principiis educatus, ultro hanc absolutam salutis suae operam navandi necessitatem agnosceret; sed saepe evenit, ut haec in re optima proposita nostra reddamus inutilia. Nobis effingimus obstacula, quae vincere est ferre impossibile; nobis imaginamur, quod viae, per quas incedere nos oportet, ita asperae sint et difficiles, ut impracticabiles videantur; in his semitis non occurrunt nisi leones et leanae ad devorandos transeuntes paratae.

Divisio peculiaris hujus sermonis.

Pars prima

Falsis his ideis, quas demon, exaggerat, et quarum continuos pavores et terrores ignava mollietates sibi effingit, quid opponemus, Auditores? Illud scilicet, quod S. Joannes praedicavit, quod via prava et distorta futurae sint recta, et quae asperae erant, complanatae, Erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Volo dicere, nos repleturos magnas facilitates operandi salutem nostram, sive respectu Dei, sive status nostri, sive temporis. Respectu Dei, gratiam suam nobis tribuit ad eam operandam; respectu status nostri, conditio, in qua nos collocavit, nobis ad eam operandam etiamnum media subministrat; respectu temporis, nullum est, quo via salutis absolute nobis sint praclusa.

Benedictus Dominus Deus Israël, inquit at Sanctus, quidam propheta, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suae, et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui... Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris; et memorari testamenti sui sancti. Prius mala nostra non nisi à longè intuebatur, inquit Hugo à S. Victore; sed in plenitudine temporum, venit nos visitare, et inter nos commoratus est, ut propius illa videret. Prius non nisi metaphoricis commiserationis et descensus motus ipsi tribuebamus; sed in plenitudine temporum habuit viscera misericordiae, et miseras nostras ipse portavit, ut ab eis nos sanaret. Prius

tra salutis...
iam cum...
undati.
epocha...
on ut homin...
uniet de...
omni su...
nonentur...
mutata...
torem à...
tres mei...
is ambul...
sa nostra...
tur, comp...
lemus. Ha...
lanata; in...
m ut ut com...
veniantia...
titia Satisf...
en id quod...
m, dico quod...
trantur; p...
exam et nob...
tionibus...
unda propo...
ligionis atq...
utis sua neg...
amili ad...
dem est ac...
e, seris neg...
e voto prom...
cium agit...
hula, quon...
incipi...
di occasione...
quod mil...
ustriam...
spectabile...
vire mens...
Sanctus...

dicabatur: Vanitas, at S. Paulus addit, quod humanitas, et misericordia hujus Dei Salvatoris apparuerit, quod Divinus Jesus factus sit redemptio, sanctificatio, justitia nostra. O misericordia, O amor infinite, O gratia abundans Divini Jesu, quam facilem nobis efficit salutem!

6. Ut probe hanc veritatem capiamus, revocemus magnum istud S. Augustini principium, nempe quod Deus nihil impossibile nobis praecipiat, quod quando nos muneri cuiusdam astringit, à quo Salus nostra pendet, ad illud probe observandum nobis media praebet; quod ad perficiendam legem, cujus fidelis observatio nos salvare potest, nec maria trajicienda sint longâ et periculosa navigatione, nec laboriosis itineribus ad remotissimas terrae extremitates sit transiendum: quod, ut gravissimo huic negotio incumbamus, facere debeamus quod possumus, et petere, quod non possumus.

Si res se aliter haberent, qualem ideam de te afformavimus, O mi Deus? Tu intueremur velut Deum, qui se aliquibus totum praebere, aliis vero se totum denegaret; parvam nobis ostendens velut Deum, qui, quamvis fidelissimus promissis suis, se ipsum quodammodo negaret, januam nobis claudendo, atsi nos invitet ad eam pulsandam, nobisque promittat, eam nobis fore aperiendam; velut Deum, qui tenerâ et blandiente voce nobis diceret: Vanite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, et qui manu forti et immisericordi nos repelleret et à se removeret; velut Deum, qui ex nulla alia ratione quam ex beneplacito suo nos damnaret, quia carta quaedam mandata non perficissemus, quorum praxis nobis fuisset impossibilis; velut Deum talem, qualem sibi effingunt haeresiarum Cabirini sectatores, qui non nisi exterius nomen justitiae habens nullam servaret justitiam sine misericordia homines damnando, qui absolute salvari non potuissent.

Procul à nobis, O mi Deus, haec impia cogitationes et execrabiles blasphemias. Equid adeo insolentes essemus, ut quod de viro honesto, cujus sinceritas nobis nota esset, dicere non auderemus, idem de te praedicaremus vel cogitaremus, qui es ipsamet veritas et misericordia? Procul à nobis haec animi sententia, qua sub praetextu nos humiliandi, ad nihil essent quam ut animum nostrum dejicerent, atque nos ad desperationem impellerent. Quid ergo dicemus, et quid cogitabimus? Quod SS. Patres dixerunt: Sed quia infinitum foret singulorum argumenta referre ex quatuor insignes veritates à S. Prospero fideli et perspicaci S. Augustini discipulo stabilitas.

* lib. 2. de vocatione gentium c. 12.
21

Prima veritas: Deus vult Salutem omnium hominum, 7.
 ipsiusque generalis est voluntas, ut nullus absolute ab ea
 excludatur, Evangelium fuit annuntiatum universa terra.

Secunda veritas: Nemo potest Salvari sine auxiliis à Deo 8.
 datis, quae praesens nec in cognitione legis, nec in felicibus
 reata natura affectibus, nec in Studiis vitae Jesu Christi con-
 sistunt, sed in gratis interioribus et operantibus gratuitò
 concessis, ut gravi Salutis suae negotio incumbat.

Tertia veritas: Cum his gratis internis et operantibus, 9.
 quod homini erat impossibile, fit ei possibile. Cum his gra-
 tiis non modò Sanari potest, sed re ipsa Sanatur; non solum
 potest operari bonum, sed verò illud operatur. Enimverò
 aliud est posse habere charitatem, et aliud illam actu possi-
 dere; aliud posse reparari et esse in statu recipiendi Sana-
 tionem, et aliud re ipsa esse reparatum et Sanatum. Unum
 à nostra natura provenit, et alterum est gratia beneficium;
 per unum liberi sumus et apti ad operandam Salutem nos-
 tram; per alterum praecipiamur, adjuvamus, anima-
 mur ad eam operandam; et cum his validis ~~conscientiis~~
 auxiliis agimus quod nunquam ageremus, imò quod nun-
 quam nobis veniret in mentem, si haec auxilia nobis
 denegarentur.

Quarta veritas: Dei bonitas adeò magna est, ut ratio- 10
 nem habeat ejus, quod ab ipso provenit, et quia nobis libe-
 rum est illum derelinquere, nos remunerat, quòd id
 non egerimus. Si ipsum derelinquimus, est effectus malae
 voluntatis, qui à nobis solis provenit, et si ei adhaeremus
 ad perficiendum Salutis nostrae opus est donum gratiae ipsius,
 cujus nos participes esse ultrò vult illud una cum ipso ope-
 rando.

Postremo inveniri fortiora incitamenta ad ani- 11.
 plectendum munus, in quo de proprio commodo nostro
 agitur, et quod per suam bonitatem tam facile nobis efficit?
 Si vires nos deficiunt, ad eum, à quo haec proveniunt,
 confugiamus, imbecillitatem nostram adjuvabit, asper-
 rimas vias complanabit, montes humiliabuntur, om-
 nis vallis implebitur, ipsamet peccata nostra nobis
 in bonum vertentur, si Dominum Deum nostrum dili-
 gemus, atque quòd unius necessarium est probè agnos-
 centes totis viribus illi incumbamus.

Si nobis desit Sapiantia? eam à Deo petamus, ipsaque
 illam nobis ~~inveniet~~ dabit, et quidam abundanter, ait
 S. Jacobus Apostolus; et ne multitudo peccatorum nos-

trorum in mortalem moerorem nos dejiciat, adeo generosus est et dives in misericordia, ut nobis suam gratiam largiatur, nec malitiam nostram et ingratitude nobis exprobrat, dat omnibus affluenter, et non improparat.

13.

Equidem verum est, quod sine misericordia salutis nostrae operam navare non valeamus, imo nec illius desiderium concipere possimus; sed cum aâ omnia nobis fiant possibilia, laudabit etiamnum et remunerabit conatus nostros, quamvis multo magis ab ipso proveniant quam à nobis. Multum differens ab illis Mercatoribus et consociatis, qui volunt ut quilibet eorum aequaliter in mercimonium seu feudum conferat merces societati ipsorum congruas; ipsamet egregium fundum hunc tribuit, ipsamet salutaris cogitationes, et pia desideria, ad virtutes propensionem, et mali odium inspirat; ab illo proveniunt gratia illa interna, bona illa proposita, quibus cum filio prodigo dicimus: Surgam et ibo ad patrem meum.

14.

In his omnibus nos praevenit, nobis manum porrigit, nobis auxilium suum offert. Nobis blanditur, nobis minatur, nos monet, sollicitat, urget, ac si essemus ei necessarii, nec sine nobis felix esse non posset. Vultime Sanari? Dicit nobis quemadmodum paralyticus. Quid vultis ut faciam vobis? quare à nobis sicuti à coeco sedente seorsum viam Jericho. Si veram felicitatem quarimus, asurite et sitite justitiam, ait nobis, quemadmodum turbis illis, quae illum sancta fuerant in solitudinem.

15.

Tantum abest, auditores, ut aadem sit aliorum vestro negotiorum ratio. Vos Aulici, quorum unicum vestrum studium est, ut Principi vestro placeatis, illius benevolentiam et protectionem vobis conciliatis, an hoc ea sententia, ut optatis succedit. Quando totis viribus contenditis eidem quadam fidelitatis et fortis animi vestri signa praebere? Quellas et mulieres mundo addictas, quarum integrum studium est, ut in conventibus splendescent, quae sollicitae, ut amicitias, vel amorem vobis conciliatis affabilitate, festivitate et obsequentia vestra, an finem, quam vobis proponistis, attingitis? Postquam vanis ornamentis capita vestra ~~con-~~ onerastis, postquam stibio et cerussa vultus vestros depinxistis, an pro arbitrio vestro de successu tot curarum et vigiliarum disponitis?

Hæc prætermittere haud possum quod S. Chrysostomus præclarè annotat*. Cur putatis, quod Deus noluerit, ut pro arbitrio vestro mille res moderaremini, quæ non sunt vestra electionis? Valentes, quidquid agatis, statura vestra vel unam addere cubitum; ita vultus vestri turpitudinem occultare, ut nemo eam animadvertat, ita creata stare, cum informi corpore estis, ut illius deformitas non appareat? Non profecto; et hoc Deus ita voluit, respondat h. S. Doctor, ut salus vestra, quæ vobis omni alia re infinitè charior esse debet, et cui suâ gratiâ adjuncta cum fructu operam navare poteritis, magnum et continuum vestrarum curarum esset objectum. Ideò ut cogitaretis, prudentiam vestram enigare, ut neglectis mille rebus inutilibus, quarum successus nec à voluntate nec à voluntate nec ab industria vestrà pendet, totis viribus consumi animarum vestrarum maculas abstergere, eisque pulchritudinem, quæ illas oculis ipsius gratas efficiat, conciliare.

Quidquid lubuerit facite, nunquam vultus vestri lineamenta mutare valebitis, nec illius rugas vel alios defectus occultare; nunquam vobis hilariores oculos, vultum liberiorum, et rubicundius dare poteritis; atque et tempus quod impendatis, ad nihil erunt, prout sapissimè evenit, nisi ut innumeris hominibus magis ridicula videamini, qui ad id molestam et inutilem occupationem existillabunt: à contra si faceritis quod à vobis pendet, et à Deo postulaverit, quod ab ipso provanit, suâ bonitate, si fideles ei fueritis, opus suum benedicet, et propria sua dona coronabit.

Hæc animo volente Domini et Domina mæse, tum aspera via illa, quæ hactenus vos detorserunt, sensim complanabuntur. Imò in statu, ad quem Deus vos vocavit, magna invenietis auxilia ad operandam cum summa utilitate salutem vestram: secunda ratio, quæ vobis illius facilitatem palam facere debet.

Nihil in mundo communius, quàm audire frequentes hominum querimonias, quòd in professionibus quibus implicati sunt, ferè sit impossibile salutem suam operari. Hinc divites sibi specialiter adaptantur id quod Jesus Christus non nisi generatim adixit, vivunt vel ac si nulla salus ipsis reliqua esset, vel ob impossibilitatem in operandâ

* Tom. 5. Epist. 5.
et Rom. 8. ad
populum.

PAVS. 2. Ja
17.

câ felicem consequendi successum omnia fato affert per-
mittenda. Idem agere et pauperes miserias suas velut ma-
gna salutis suae obstacula intrantur, et iis, qui facultati-
bus et bonis sunt praediti, felicitatem suam invidentes,
sibi imaginantur, se non nisi salutem suam cogituros,
si pondus indigentiae suae illos opprimere cessaret.

Qui in mundo vitam sequuntur hoc adeo grave munus in
illos rejiciunt, qui in tranquillo seorsu statutas oratio-
num et monasticarum observantiarum horas habent.
Qui claustro sunt mancipati, sibi adulantur, quod cura fa-
milia, vel curatio plura charitatis opera exerceandi multo
plura media ad salutem operandam suppeditassent.

Aliqui negotiorum, quibus opprimuntur, multitudinem
conquerunt, alii grave officiorum suorum exercitium, vel
onerosam rei domesticae curam. Istitis sunt continuae mole-
stia quas praetaxunt; illis sunt certa mentis angustia et ama-
ra agitationes, in quas eos tristes adversitates conjiciunt, quae
ipsis attentionem et malaciam necessariam ad se Deo sineve-
randum auferunt.

18.

Evanescente vni praetextus et frivola excusationes.
Tantum abest, ut staret, ad quam quis vocatus est, sit salu-
tis obstaculum, quin potius in eo invenit presentissima au-
xilia, ut eam cum fructu operari valeat; quomodo hoc? Quia
status sui munera observatio est vera ratio salutem suam
operandi, et cura quam supra salutis gerit, est magnum
arcanum, quo status sui cruce minus graves officium-
tur. Ex his duabus propositionibus, si vera sunt, nulla
alia consequentia deduci potest, quam ista, scilicet quod
facile sit imò suave cuique operari salutem suam, quam-
cumque demum statum amplexus fuerit.

19.

Deus aequè author est, variarum societatis civilis condi-
tionum, ac Creator et Redemptor eorum est, quos in iis collo-
cavit. Tantum munera generalia, quae quilibet, qui salva-
ri cupit, servare tenetur; sed inveniuntur etiam specialia
in statu quem quis elegit, quibus qui salvari desiderat, sa-
tisfacere tenetur; sunt munera domestica, quae velut pro-
fessionis suae circulo inclusa reperit.

Huius Magistratus est exercitium sui officii, Studium
bonam et promptam administrandi justitiam; huius ne-
gotioso viro est attentio ad ea, quae status honestus et Chris-
tianus ab ipsius industria et bona fide exigit. Huius ma-
tri, est educatio prolium suarum, cura rei domestica,
aqua et prudens oeconomia. Huius opificii est exercitium

Quid ergo ipsis dixit? Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis et exigatis. Publicanis, qui pariter venerant ut ab ipsis suscitarentur quomodo se gerere deberant, respondit judiciosa Morali Separans abusus conditionis ab ipsa conditione: Neminam conculcatis, neque calumniam faciatis; et contenti estote Stipendiis vestris.

Quanam modi mens vobis erit vos, qui ut indolenti desidia vestra adulemini, vel in fatali improbitate degatis cura Salutis vestrae opponitis molestias, perturbaciones, pericula Status vestri? An haec Salus vobis difficilius videtur, quam innumeris aliis, qui Salvati sunt, et an non metuitis, ne semel haec nubes testium cogatur, qui adversum vos insurgent? Sergii Pauli inter Magistratus, et Praesules; Maria et Junia inter Spectatissimas mulieres; Philemones inter Dominos; Aquilas inter Artifices, Publici inter Dominos, Mathaeos et Zachaeos inter Publicanos, Centuriones inter milites, Marii, Aristarchi, Thoma et Luca inter vos Evangelicos et Sancti Ministerii Coadjutores.

Admirabilis oeconomia Providentia et Misericordia Dei in distributione et varietate conditionum! Providentia ipsius, in illarum inaequalitate ad conservandum bonum totius Universi ordinem; Misericordia ipsius, in pio hujus misericordiae usu ad operandam Salutem; Providentia Misericordia ipsius simul, cui: ad complanandas has Salutis vias: Sufficit, si intra Status vestri officia vos continetis. Ne foras queratis certa quaedam Supererogationis opera, quae plerumque amor proprius inspirat, sed fideles sunt exacti et accurati. Fitis ad ea, quae vobis familiaria et domestica sunt, tum omnia vobis prosperare succedant.

22

Labores in eo sunt magni, inquit, id ego fateor, sed si illos Deo offeratis, vobis erunt magni meriti; calamitates et cruces in eo sunt continua et graves, id ego non diffiteor; sed portate eas in Spiritu christiano et cum intentione Salutem vestram in vos subjiciendo operandi, tunc vobis levas fiant, et haec Salutis cura illorum amaritudinem leniet. Secunda ratio, quae vobis palam faciet, quod facilius Salutem vestram operari possitis quam vobis imaginemini.

23.

Contremiso, quando audio Jesum Christum dicentem: Siquis vult venire post me tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. O quam durum est jugum istud! dico ego apud matrem ipsum. Quam grava est onus istud! Sed quando audio ipsum dicentem, quod jugum istud sit jugum ipsius, et onus

* Act. 13.

** Ad Philammonem 1. Rom 6.2

Act 28.

istud onus ipsius, facile assentior iis, quae addit scilicet mea anima mea requiem in illo inventurum. Cuius mea sine onere ipsius mihi esset intolerabilis, cuius ipsius sine mea mihi esset inutilis: sed ubi ex meo iugo iugum suum facit, et ex meo onere onus suum, intelligo, quod cum ambo illud portemus, ipse quod in eo durius et gravius est sumat, ut mihi quod in eo levius et suavius est relinquat. Intelligo quod cuius status mei pertineat ad oeconomiam salutis meae, et cum teneam quotidie huic cum magni momenti operi incumbere, in eo suavitates inveniam, quas non invenirem si illud negligeram.

An non id ipsum volebat Apostolus, quando Thesalonicensibus Christianis scribebat*: Hortamur vos, fratres mei, ut magis ac magis progrediamini in praxi bonorum operum, et negotium vestrum agatis; sed cur? ut in quiete vivatis. Nam hoc idem est ac si diceret: Si alia negotia vos impediunt, si vobis inquietudinem et molestiam creant, si obsunt, quominus gaudere et dormire valeatis, salutis vestra negotium, si sapienter et fideliter geratur, affectum omnino oppositum prodest, munus ad status vestri perficientes vitam ducetis suavam et tranquillam, et si labor aliquis occurrat, illum cum forti animo imò cum quadam voluptate perferetis, atque consolationem capietis cogitantes: quod faciatis quod vult Deus ut faciatis; occurrunt equidem, dicetis, exiguae quaedam contradictiones, sed eas cum patientia perferendo, salutis meae operam dabo.

Sunt maiorem adhuc consolationem percipietis, quam vir ille, de quo fit mentio libro quarto Regum*. Hic cum prope Jordanem arborem succideret, accidit ut ferrum securis ipsius in aquam caderet; statimque clamavit, et ait ad Eliseum: heu Domine mi securim hanc mutis accepit: sed cum hic propheta ab ipso locum, ubi ferrum ceciderat, quassivisset, illi quae ei illum monstrasset, ferrum istud non obstante sua gravitate supernatavit, quod operarius ille manu arripuit, atque opus suum cum summa quiete continuavit.

In vestris conditionibus saepe vobis occurrunt labores, qui vos affligunt, familiaris rei cura, negotiorum molestia, moesta adversitates: nampe ferrum securis vestrae

* Rogamus vos fratres, ut abundatis magis, et operam datis, ut quieti sitis, et ut vestrum negotium agatis. 1. ad Thesalonic. c. 4.

24.

* c. 6.

in aquam cecidit. Nasitis quomodo has inquietudines et perturbationes sedare valeatis, sed id facilius exequi poteritis, quam vobis imaginemini, omnes has molestias conjicite in illum, qui vestri curam gerit; exponite illi quod in statu, in quo estis, vos non collocaverit ut interca- tis, sed ut salutem vestram operemini, non obstantibus difficultatibus, quae vobis occurrant: Satis benignus erit, ut vestris clamoribus moveatur, ferrum illud tam durum et tam grave super aquas se evahet, et gaudium vestrum adeo magnum erit, ut opus vestrum cum majori voluptate prosecuturi sitis, quam incepistis.

25.

Quid ergo deterrere merito vos potest, quominus saluti vestrae operam detis? An Deus suam ad id gratiam non elargitur? Modò intellexistis, quod eam vobis non denegat. An molestia et crucas status vestri vos impediunt? Imò ipsa conditio, in qua vos ponit, media vobis subministrat. Fortè haec jam à multis annis vobis in mentem non vanè. Verum si causam habetis hanc fatalem negligentiam lugendi, nullam habetis, quae in tristem et crudelera desperationem vos conjicere possit: non obstante tanti et tam longi temporis jacturâ attamen salutis viae adhuc vobis non sunt praclusae.

Part 3^{tia}
26

Peccatoribus tribuere temerariam fiduciam, quae illos in flagitiosam indolentiam conjicit, est ipsos à viis salutis removere; sed etiam ipsis humilem et filialem spem auferre, quae ipsos impellere possit ad eam operam, ipsos deterrere et perdere est.

Quando loquor de secundâ quadam poenitentia velut tabulâ, quam Deus peccatoribus offert post naufragium suum, pro ipsis et pro me contremisco, dicitur Tertullianus*: pro ipsis; vania facilitas fortè ipsos in mortalem negligentiam conjiciet: pro me; forsitan ipsorum remissioni et perditiioni operam praestabo. Sed ex alia parte oportet ipsis vias salutis claudere, et quando Dominus ipsos invitat ut ad eum revertantur, oportet ut Minister eos rapellat et impediât ne ad eum accedant! Non, non, inquit Tertullianus, nudantes, quos ad se salvandum adhibere possent, eis uno ictu succidendi non sunt, nec in tristem et obruentem desperationem con-

* lib. de poenit.
c. 5.

jici debent. Deum offendant, sed ipsi adhuc possunt re-
conciliari: munus suum perficere nimis distulerunt
sed ei satisfacere ~~studere~~ et Deum lenire studeant, qui
eos ad veniam ultro vult admittere.

Peccatores, quibus Dominus vias salutis adhuc aperit,
ne propterea presumptio mentem vestram occupet, sed et
nunquam animus vester desperatione submatur, quod
pro vestro infortunio in eis non ambulaveritis: ipsa peccata
vestra et negligentia sunt urgentia incitamenta, qua
vos impellunt, ut nec unicum momentorum illorum, quae
longa Dei patientia vobis offert, perdatis.

Et si peccata vestra essent ut coccinum rubra, deal-
buntur ut nix: Filius hominis venit quærere et saluum
facere quod hinc illo perierat. Altitudo praecipitii, super
cujus crepidinam estis, vertiginem vobis non procreat; ras-
picite benignam manum, qua ab eo vos erare potest.
Ne oculos conjiciatis in crudellem Pharaonem, qui vos per-
sequitur; sed versus mare, quod miraculosum transitum
vobis aperit.

Si vita vestra similis est vita Davidis, cum sicut ipsa, et
de profundo abyssi, in qua estis, clamate ad Dominum, et
dicite ipsi*, quod si iniquitates vestras severè observaverit, et
nubus iudicia ipsius sit sustenturus, sed quod anima vos-
tra patienter expectat juxta verbum ipsius, quod à custo-
dia matutina usque ad noctem speratis in ipsius miseri-
cordia, quae copiosa est, cum ipse sit, qui redimat Israël
ex omnibus iniquitatibus ejus.

* Psal. 129.

Si aqua pauperes et aquae bonis gratia denudati essetis
et Ruth fortunae bonis denudata erat, benignus Booz mi-
seriam vestram commovebitur, praecipiatque messoribus suis,
ut de industria spicas de manibus suis fluere sinant, quas
colligere poteritis.

* Si tot crimina patravissetis ac Nabuchodonosor: si su-
perbia vestra arbor, quam usque ad coelum everistis, suc-
cideretur, folia, quae vanitatis vestrae ornamenta fuerunt,
et fructus ejus, quibus voluptuosa libido vestra pasta est, ex-
cuterentur et dispergerentur: Misericordia Domini in
terra radicem ejus adhuc reliquit, quae novos surculos producere
potest. Potestis adhuc orationibus, jejuniis, elemosy-
nis vestris peccata vestra redimere, forte Deus vobis illa in-
credula monyis redime p.

* Dan. 4.

gabit.

Jonas: et seq.

» *Si Sopor vester similis esset Sopori Jona, qui descen-
 » derat ad interiora navis, ibique gravi Sopore dormiebat, dum
 » magna tempestas naufragium minabatur: invenietis
 » homines, qui vos monent, ut surgatis, et Deum vestrum
 » invocatis, forte ipse recogitabit de vobis, et non sinet vos
 » perire.

» Si quomodo hic propheta mox in mare precipi-
 » tandi essetis, vobisque moriendum esset: in magno dolore,
 » quo anima vestra correpta est, mementote, prout ipse, Domi-
 » ni, et rogare eum, ut gemitus et vota vestra exaudiat.

Hinc propheta iste transibat ad conspectum peccato-
 » rum suorum, et proxima mortis periculum, quae vansi-
 » milititer in ventris monstri marini inevitabilis erat; at
 » illinc humiliter habebat fiduciam in misericordia divina.
 » Quid egi quod fugerim à facie Domini; Sed cogitabat,
 » quod, si illi, qui omni alii, qui non est Deus, adherent,
 » perant, atque à misericordia, quae illos liberaverat,
 » desiliant, illi, qui vero dolore percussi, quod
 » ipsum offendant, se in paternae bonitatis suae sinum
 » conjiciunt, benigne ab eo suscipi possint.

29. En, fratres mei, regulam vestram; verum ne in isto S.
 » Scripturae exemplo ulla notata digna circumstantia,
 » ex qua consolationem simulque exhortationem hau-
 » riri possitis, intacta relinquantur; utraque enim hinc
 » prophetam à se ipso proorsus diversum ante et post lap-
 » sum suum.

Initio fugiebat, et cum in Ninivem ira debisset, quo
 » mandata Dei illum vocabant, proorsus contrarium iter
 » capesserat; sed postmodum statuit pergere ad templum
 » Domini atque reddere vota sua et offerre sacrificia.
 » Initio non nisi lento gressu ambulabat, vel ut melius
 » dicam, rebelis voluntati divinae, à loco sibi destinato
 » declinare studabat, sed postmodum et ubi à monstro,
 » quod illum deglutiverat, ad ripam ejetus fuit, cum
 » summa diligentia pervenit ad civitatem, à qua prius
 » recesserat.

Peripitis forte mentem meam; id igitur dicere volo,
 » quod quantum à vobis salutis recessistis, tantum ad eas re-
 » petendas festinare debeatis: quod negligentia vestra
 » in servandis obligationibus vestris urgentissimum
 » est inestamentum ad sine mora eundem, quo Spiritus
 » Dei vos ducit; quod postquam tantum temporis in vasa

nis vanitatibus et affrenatis Sauli voluptatibus perdidis-
tis, commodum et gratitudo vestra expectant expectant,
ut illud recuperatis per montem et fideliem gratia consilio
cooperationem.

His animi sensis imbuti dicitur Deo cum S. Anselmo: 6. 4. Soliloquio -
num.

Domine si vis potes me salvare, ego autem etsi vellem et
non possum; magna est multitudo miserationum mearum, et
valla mihi adjacet, perficere non invenio. Quod bonum
est non possum, nisi tu valis, nec quod volo possum, nisi tu
potentia tua me confortat, et quod possum aliquando no-
lo, nisi tua voluntas fiat in coelo et in terra; et quod volo et
possum ignoro, nisi tua sapientia me illustret, et si eti-
am sciam quando volens, quandoque valens imperfecta et
vana transit sapientia mea, nisi adjuvat me vera sapien-
tia tua.

Sperabam aliquando in virtute mea, qua tamen non erat
virtus; et sic ubi volui magis currere, ubi magis stare
credebam, ibi magis cecidi, factisque sum magis retro et
non ante, et quod credebam consequi, magis elongatum est
a me. Adjuva me igitur, Domine, illumina me, et deduc
me in vias salutis, tu qui es lumen, opitulum, fortitudo mea, et
sequi, consulere, amare desidero in hac vita, ut te fruatur in
altera.

Salus

Obligatio et media eam operandi. Duo animo
oportet esse illos, qui eidem incumbunt. obsta-
cula qua vincere, et errores quos devitare de-
bent, ut salutis suae opus eis ad vota succedat,
facilitas, et difficultates quae in eo occurrunt.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 4.
Adventus.

Venit Joannes in omnem regionem Jordanis, praedi-
cans baptismum poenitentiae in remissionem
peccatorum. Luc. 3.

Illius hominum usquequo impetuoso negotiorum ves-
trorum sibi invicem succedentium torrente abrepti, quod
unius necessarium est, nampe salutis vestrae negotium negli-
getis? In vanum ergo Sanctus Messias praecursor vobis cla-
mat, ut preparatis vias Domini, et rectas faciatis semitas ejus.
In vanum ergo sollicitat vos, ut post longas aberrationes ad
vos ipsos redeatis, atque recipiatis baptismum poeniten-
tia in remissionem peccatorum vestrorum.

Fortè facilitas salutem vestram operandi longè
alium, quam soluerat, affectum produxit, et audivistis
dici, facile vobis esse sive roquestu Dei, sive status vestri
sive temporis vita praesentis eam operari, conclusistis

posse ergo vos adhuc esse quietos, nihilque curare: vanum deploranda agendi rationis subversio! et se tam ~~modice~~ male ratiocinaremmini, an non jure merito dii vobis possat, quod Naaman Syro dictum fuit: An quia Propheta dixit tibi, ut septies laveris in Jordane, id facere neglexisti? Si multo difficiliora tibi injunxisset pro sanatione leproe tuae, te iis subicere debuisses. Oportetna ut ex bonitate ignis, quã tam facile remedium tibi offert omnino aliam, quã dulas, consecutionem adueas?

Peccatores indolentes et ignavi, hæc ipsa salutem vestram operandi facilitas vos inexcusabiles afficiat coram Dei judicio, cujus longa, quã vos exspectat, patientia vobis congregat thesauros iræ in improbitate cordis vestri

33. Ne immerito vobis adulemini; enimvero si salutis vestre negotium ex una parte facile est, ex alia summis difficultatibus obvolvitur.

Idud tanquam facile vobis proponitur, ne frangatur vester animus, sed simul additur, quod suas habeat difficultates, ne in perniciosam presumptionem coniciamini. Ex una parte præcursor ait, quod quæ aspera erant, futura sint plana: En facilitas salutis; sed venit in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum; hæc salutis difficultas.

Ma explio, et ut melius intelligar, sufficit mihi duo à vobis querere. An nunquam Deum mortaliter offendistis? An nunquam mundum dilexistis et adhuc diligitis? Si ita est, Ne vobis immerito adulemini de facilitate salutis. Si enim Deum offendistis, æquum est, ut illi satisfaciatis: prima ratio difficultatis salutis. Si mundum dilexistis et adhuc diligitis, magnæ necessitudines vobis sunt rumpendæ: secunda ratio difficultatis salutis: utraq; serio expendi mereatur.

Divisio

24. Ex variis illusionibus, quæ in morum agendi rationem irrepunt, nullæ sunt periculosiores, quàm illæ quæ salutis negotium respiciunt. Si Mathematicus in applicatione regularum professionis suæ fallatur; si Philosophus in suis ratiociniis et vanis disquisitionibus falsum pro vero accipiat; si politicus aberet in diligentia, quam adhibet, ut ei negotiatio sua succedat; nihil horum molestas consecutiones post se tra-

fit, nisi sana doctrina et leges divinae cedantur, quae in
quocumque statu et conditione inviolatè custodiri de-
bent.

Non est eadem ratio illusionum et errorum qui in sa-
lutis negotio committuntur. Hic omnia sunt summi
momenti, et si relinquitis rectas semitas illas, quae ducunt
ad vitam, in spatiosis viis illis, quae ducunt ad mortem,
aberramus, haec aberrationes nil nisi funestum habent, et
saepè sunt inseparabiles.

At nimisquam verum est quod S. Gregorius* animad-
vertit, ~~quod~~ nampè quantum haec illusiones in negotio
salutis sunt perniciosae, tantum sunt ordinariae et frequen-
tes. Quot, exempli gratia, in mundi usu et ex judicio in-
numerosorum Christianorum inveniuntur vitia, quae tan-
quam virtutes aestimantur; ita ut multi mercedem
expectent de eo, quod non nisi supplicium aeternum meretur.

* lib. moral.
c. 17.

Sic violentus irae impetus velut justus fervor habetur,
cum in vitiorum corruptione non amor justitiae sed tur-
bulenta et amara passio dominatur sic mercenaria et
timida molitias ac remissio aestimatur tanquam suavitas
christiana, cum veriti, ne nobis quaedam incommoda et
molestias accersamus, impunita relinquamus flagitia,
quae reprimere deberamus et utiliter possemus. Modò
tenacitas et avaritia velut honesta parsimonia respiciun-
tur; modò è contrario dilapidatio bonorum liberalitas et
animi magnitudo appellatur. Quam ingeniosus est amor
proprius ad nos seducendum et fallendum in periculosissi-
mo salutis nostrae negotio.

Nihilominus fatandum est, quòd inter has illusio- 36.
nes communissima et simul periculosissima sit ea, ubi
postquam Deum mortaliter offendimus, arbitramur
nos levibus quibusdam satisfactionibus cum mitigare posse,
et, prout loquuntur SS. Patres, ligamentis quibusdam
cooperire profunda et inveterata vulnera, quae non nisi fre-
quentibus et acerbis inisionibus sanari possunt.

Haec illa mortifera pax est, quam S. Cyprianus* falsam pa-
cem nuncupat, iis, quibus eam dant, perniciose et eam accipi-
entibus inutilis et fatalis. Quod grandis est frugibus, mali-
qui influxus aëris arboribus, pestis gregibus, procelia navi-
bus: id ipsum haec pax est peccatoribus, qui postquam Deum
mortaliter offenderunt sibi pollicentur posse operari salutem
suam, quin illum salutaribus et amaris satisfactionibus miti-
gent.

* lib. De lapsis.

Si hoc ita esset, tunc via salutis nihil difficile haberent, sufficeret si vitam mutarent, non expiatis iniqua, quam duxissent, vita flagitiis, dummodo in priores iniquitates suas non relaberentur, quantum ad praeteritum quietissimi esse possent: error, quem ultimorum saecula nunquam heretici malitiosè dissaminarunt, et quem imprimet fideles, qui illum cum tota ecclesia speculativa damnant, in praxi tamen interdum sequuntur.

34. " *Nemo vestrum se fallat inquit SS. Patres: ¹⁵⁰ nemo enim cum veniat; non enim potest Deus sicut homo ullis decipi fraudibus, clamante ¹⁵⁰ omnibus Paulo: Nolite errare, Deus non irridetur: Qui enim peccando factus est ei inimicus, nisi satisfaciendo, non potest ei reconciliari et fieri amicus. Quavis alia securitas, quae ipsi proponitur, non est nisi fraus ¹⁵⁰ communis hominum inimici, quae ipsis tam faciles salutis vias aperit, ut nullis suspiriis, nullisque lacrymis opus sit ¹⁵⁰ mitigandam irritatam Domini justitiam.

Nemo, inquam, vestrum se fallat, sanctum hunc Deum offendistis, conscientia vestra id infinitis occasionibus vobis exprobrat, hujus toties jam in poenitentia tribunali vos accusastis: Sed memantote, quod vestram salutem operari non possitis, nisi ei satisficiatis. Haec satisfactiones sunt necessariae, eis vos eximere non potestis, haec satisfactiones debent ¹⁵⁰ plena et copiosa, eas dividere impune non potestis.

38. Ita salutis vestrae successus ab his satisfactionibus pendet, et hoc illius difficultatem constituit, et tamen haec vera prosperi illius exitus ratio est. Audis S. Praeursorum Messias illas praedicationis suae argumentum efficientem. Modò ad turbas, quae effusae videntur ut ab eo baptizentur ait: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à venturà irà? et modò vult manus factus addit per modum conclusionis: Facite ergo fructus dignos poenitentiae, et ne coeparitis dicere: Patrem habemus Abraham.

An horum verborum sensum probe intelligitis? Tene varia nominis quod Judaei gestabant, et generis, à quo ortum traxerant, jactantia illis persuadebat, quòd si non omnia eis licerent, tamen levibus quibusdam satisfactionibus iram Dei mitigare possent; quòd dummodo sacrificia quaedam offerrent, necnon aliquas ablutiones facerent, maxima crimina sua ipsis remissa essent. Cum dicere debuissent; oportet ut nos affligamus, mortificamus, suavissimis voluptatibus privemus,

tā absolutione cum levibus satisfactionibus remissi, in fatali, qua ipsis conceditur, indulgentia inveniunt sermō impunitam in priora sua peccata relabendi licentiam; cum è contra si diutina essent et acerba in officio suo eos continerent.

43.

At hæc satisfactiones adeo necessariae ad obtinendam et conservandam salutis gratiam, effectum hunc non sortuntur, nisi in quantum plana sunt et abundantes: alia ratio qua salutis adipiscendæ difficultatem probat.

Vos molles et voluptuosi, hoc parvam cogitatis. Non nisi vobis arduas vultis mortificationes, mortificationes temperatas et lenitas, ubi cupiditas demò novis vires acquirit, quò vim sibi idatam compensare valeat; mortificationes divinas, quæ ad arbitrium sint dominantium passionum. Avarus ultrò vult orare, sed elemosina ipsi displicent. Impudicus ultrò vult elemosinas facere, sed ab objecto quod deperit, in perpetuum separari id in animum inducere non potest, vel, ut melius dicam, non vult. Talis qui heduationem et magna convivia diligit, ultrò ad non ludendum consentit, sed aliquot dierum sobrietatem christianam, ^{et adhuc} magis longa jejunia abhorret; et talis foemina, in jus passio dominans desidia est et indolentia, diu orare amat, vel cum spectabili conscientia moderate longa misere colloquia, at laborem et incommodam rei domesticæ curam refugit. uno verbo, hi et illi volunt eligere cruce suas, leviores sumere, illasque in uno tantum humero portare.

42.

Vos primorum saeculorum poenitentes, qui tam moeste dies vestros transigebatis in generali innocentissimorum voluptatum privatione, in copiosis et amaris lacrymis, in longis jejuniis, aut severis abstinentiis, in vigiliis et continuis precibus, super lectum doloris vestri, in laboriosis et humilibus exercitiis, quæ sæpe non nisi cum vita vestra finiebantur, non tam perspicaces eratis ac plerique hujus saeculi Christiani.

An arbitrabamini Deum, quem colimus et adoramus, talem Deum esse, qui corporum vestrorum maiem, et lividum vultuum vestrorum colorem non libenter videret, qui non amaret audire alta suspiria vestra è debilitato et exanitione atroito pectore ducta? an non minori pretio salutem consequi et peccata vestra redimere poteratis? annon quaedam orationes, jejunia, elemosinae, quaedam mortificationes modo interruptæ, modo resumtæ vos debitis vestris erga divinam justitiam liberare potuissent, quin luscibus convivis, spectaculis et suavissimis vitæ voluptatibus renunciaratis?

Embrascamus, Fratres mei, quod inter nos et ipsos tantum discrimen deprehendamus. Quis magis ad finem sanctorum vergimus, eo magis Spiritus ille mortificationis et Severitatis, qui omnem primorum gloriam et Sanctitatem efficiebat, debilitatur et perditur.

Hi austeri homines sibi ob oculos ponebant id, ad quod nos vix aliquam attentionem facere volumus. Serio voluebant animo, quod Salus cuius Semita errando in spatiosis viis perditae fuerunt, reparari non possit, nisi ambulando artas Semitas. Quod regnum coelorum vim patiatur a diebus Joannis Praecursoris. Quod nisi poenitentiam agerent, omnes perituri essent: Quod qui sunt Jem Christi, carnem suam cum perversis desideriis suis crucifixerint: Quod obisse animam suam sit eam amare; eam perdere sit eam salvare et in vitam aeternam possidere: Quod profundis vulneribus adhibenda sint salutaria et longa remedia: Quod aliter sentire alioque affici animo sit violare mandata Jem Christi, Moralis ipsius Severitatem detournare, perniciosam et mortiferam obsequantiam animas perdere.

At verò an haec veritates non hodiernum veritates sunt, sicut erant, cum Jem Christus, ipsius Apostoli et Patres Ecclesia sua illas protulerunt? an crimina et peccata capitalia dierum nostrorum à primis illis temporibus naturam mutaverunt? an illorum circumstantia minus aggravantes et minus enormes facta sunt? an non è contrario hodierna usura magis sunt obruentes, fornicationes magis ordinariae, luxus magis scandalosus, fraudes et proditioes magis communes, vindictae acerbiores, detractiones magis atrae et malignae? Non est nisi dissipatio, verania, dissolutio apud juvenes, impunitas, blasphemia, heluatio apud aetate grandiores, Zelotypia, obstinatio, avaritia apud Senes.

Equidem, ut ajunt, Salvare desiderant, sed an hoc me - 44 - dia arripiunt? Et quid simile habet, quod cum Suecism grave Salutis sua opus agant, nisi, prout loquitur S. Cyprianus, ipsorum Satisfactiones plane sint et abundantes?

Quam sapientes essent ac felices si, quemadmodum Rex et populus Ninive, jejuniis se affligerent, et cum humili fiducia peccatorum suorum veniam expectarent, si,

Clarus Roma-
nus Epist. 30. et
31.

quemadmodum Publicanus Evangelicus oculis in terram demissis pedesque percutientes clamarent: Domine mihi miserere mei magni peccatoris! Si cum Davide offerrent Deo spiritum afflictum, cor humiliatum et contritum; si, velut Zacharus, restituerant, quod proximo abstulerunt illum ducendo, atque partem bonorum suorum pauperibus largirentur!

Quam sapientes essent mulieres illae et felices, si, prout Samaritana, iniquitatis hydriam apud puteum Jacob relinquerent, ut salutis nuncium instrumentis vel testibus peccatorum suorum ferrent! Si velut Maria Magdalena arrepta vocationis et salutis suae occasione, à venatoris se prepararent atque prepararent ad affundendum unguentum orationum suarum ad pedes Messiae, atque mundum tanto odio prosequerentur, quanto amore illum prosequuta sunt!

Haec conditiones, dicitis, sunt molestae: fatamini ergo non ita facile esse salutem suam operari, ac multi credunt. Deum offendistis, magnas satisfactiones ei prestare tenemini: prima ratio difficultatis salutis, quam modo vobis proponi: Mundum dilexistis, fortè illum adhuc diligitis, magne rumpendae sunt necessitudines; secunda ratio difficultatis salutis, cuius vos convincere conabor.

Non sine magnis rationibus gratia Christianismi, quae est gratia salutis, in sacris libris nostris et apud omnes SS. Patres nuncupatur gratia separationis et renunciationis mundi.

Est gratia adoptionis. Per eam ex servis et filiis ira, quales naturâ eramus, sumus filii Dei, non solum exteriori exteriori titulo, sed verè et re ipsa. At verò haec qualitas exposcit, ut quò illius munus praestemus, ab omni eo, quod ipsi displicere potest, adeoque à mundo nos separemus: ratio ob quam dixit S. Paulus, quod ex quo Deus illum segregavit, et vocavit per gratiam suam, nullam amplius habere voluerit cum carne et sanguine necessitudinem.

Est gratia redemptionis. Provenit à Domino nostro Iesu Christo qui se ipsum tradidit pro peccatis nostris, inquit idem Apostolus. At in quem finem? ut eriperet nos de presenti saeculo nequam: et si humanitas hujus salva-

2 Cor. 2. da
4. 5.

continuo non acquiesci carni et sanguini Galat. 1.

* ibid

toris apparuit, tum ideo, addit alibi*, ut obnegantes impietatem et saecularia desideria, sobriè et iuste, et piè vivamus in hoc saeculo.

Est gratia unionis. Per eam ex inimicis Dei firmus amicus eius. Eadem est nostra et ipsius voluntas et idem Spiritus: verum quia hic Dei Spiritus est Spiritus Superior, hæcque voluntas est Dominans, adeoque nihil sibi contrarium ferre potest, oportet, ut quod saeculo nos devinuit illi cadat, homagiumque præstet, sicut cum Apostolo dicere possimus: Nos autem Spiritum huius mundi ~~assequimur~~ non assequimur, sed Spiritum, qui ex Deo est.

Quatuor diversi Spiritus, ut cum S. Bernardo loquar, multum diversos produunt effectus, scilicet Spiritus Daemonis nos tentat et impedit, Spiritus carnis nos emollit et corrumpit, Spiritus mundi nos excoecat et fascinat, Solus Dei Spiritus nos illuminat, sustinet, et sanctificat. Spiritus Daemonis non nisi molestiam nobis creat, Spiritus carnis non nisi ad molitiam et voluptatem nos impellit, Spiritus mundi non nisi vanitatem et mandacium nobis inspirat: Spiritus Dei Solus nobis dat gratiam suam, atque in viis salutis nos ducit.

Cum hi tres Spiritus eundem habeant finem, hinc simul se iurgant ad detestandum Spiritum Dei; et inde provenit obligatio illa, quam Dominus nobis imponit, non sequendi illorum motus, et cum Spiritus Dei in nobis subsistere non possit, si nos à Spiritibus Daemonis, carnis, et mundi regi permittimus, hinc est, quod tam pauci inveniuntur Christiani, qui se ipsa et cum fructu salutis suae operam navant.

Vos qui id agere pertenditis, hinc igitur munera vestra diserte, et deponite hunc aequè fatalem ac communem errorem, quod vos salvare possitis, et adhuc eandem cum depravato mundo isto necessitudines fovete, quas prius cum ipso fovistis; quod adhuc frui possitis voluptatibus illis, quæ vos ad vagam et flagitiosam libidinem impulerunt, adhuc consortia illa frequentate, quæ tam saepe perditionis vestrae causa fuerunt.

Ita, ita, vos mundana mulieres, genas vestras carissâ et purpuris, quibus vobis falsum splendorem tribuere conamini, adhuc pingite.

Viri voluptuosi et molles, augete adhuc sumtus vestros, facite adhuc apparatus delicatissimorum ciborum et exquisitissimorum vinorum, et quando aliquis à vobis quæret, cur

has omnes vite suavitates vobis conciliatis, dicitis: quia volo
salvari, quia vereor ne in aeternum anima mea jacturam
faciam; idcirco me affligo et conor Deo, quem offendi, recon-
ciliari.

48

Sed relinquamus ironiam, quamvis sit Tertulliani, et
serio quod res est dicamus, Cogitamus, quod quilibet ho-
mo, qui sentit conscientiam suam pluribus peccatis onera-
tam, quorum nimius mundi amor praecipua causa fuit, si
utiliter salutem suam operari velit, meliores partes am-
placti non possit, quam ut omne flagitiosum communi-
um dissolvat, quodcum hoc mundo habuit, qui haecenus in-
feliciter in infinita mala cum traxit.

49.

Oportet, ut tanquam Christianus vivat, atque gratia
Christianismi est gratia separationis et divortii. Oportet
ut sit templum, in quo Spiritus Sanctus vult habitare, et
super cujus altare munda victimae offerri debent; necesse
est igitur, ut idola, quae in eo inveniunt diffingat, ut ignem
injiciat locis illis, in quibus cultus sacrilegus ipis exhibitus
suerat, ut digno huic hospiti habitationem praeparat,
quam intrare non horreat: sic olim Deus Judaeis praece-
perat, sic agere debet Christianus, qui saluti suae operam
navare vult.

50

Quid enim est verus Christianus, est praecipue ille, qui
post amissam primam salutis, scilicet Baptismi sui
et regenerationis spiritualis gratiam omnes ad eam
recuperandam vires suas exaruit? Nihil quod ultra ma-
dum sit, sed solum ea proferamus, quae S. Prosper hanc
in rem eloquitur. Est homo, quem vana gloria desi-
derium non amplius inflat, quem impurus amor illicitis
voluptatibus non amplius implicat, quam furor ad bru-
tam vindictam non impellit, quam gula et ebrietas in
vitiosos cibi et potus excessus non conjicit, quem desidia
et negligentia non amplius in mortiferam torpidinem
et fatalem praecipuorum munierum suorum oblivionem
trahit.

Et contrarius est homo, qui mundo peregrinus conso-
lationem suam in coelo habet, qui continuo se in proxi-
morum operum malis, quae perpetravit, oppositorum se
exerceat, eo usque humilis, ut iniqua iudicia, quae de sua
agendatione malevoli ferant, contemnat: eo usque cas-
tus, ut non modo oculos, sed usque cogitationem suam

Defigere velit in virginis alienius venustatem: eoque
patiens, ut pro injuriis, quibus afficitur, benedictiones
retribuatur: eoque sobrius, ut mille exiguis voluptatibus,
quibus innocenter sui possit, se privet: eoque
vigilans et actuosus, ut continua attentioni ad omnes
status sui obligationes quietam suam devoteat.

Hujusmodi homo non amplius mundo adhaeret, nisi
in quantum civilitas, charitas, necessitas, vitaeque ne-
cessaria exponunt. gravis sine superbia, modestus sine
affectatione, obsequens sine ignavia, severus sine acer-
bitate, firmus sine obstinatione, flexibilis sine incons-
tantia, solum Deum quaerit, à quo ante omnia gratiam
salutis postulat sanctaeque ipsius voluntatis expletio-
nem.

Adhuc hodie inveniuntur hujus characteris homines, 51.
homines qui per sancta, quae exercent, opera, satis palam
sanciant, quod si olim mundum dilexerunt, modo non
amplius eum diligunt; homines, qui non tantum
somno indulgentes, quantum natura exigit, atque
etiamnum suspiriis aut precibus suis illum interrum-
pentes, omnibus profana vitae usibus, prout loquitur
S. Ambrosius, moriuntur; homines qui quamvis omnia sua
munera fideliter servant, sibi imaginantur, se non-
dum satis agere, ut magnum salutis suae negotium
cum successu gerant.

Dicit nobis posthaec, quod viventes prout vivitis, 52.
mundum diligentes prout illum diligitis, semiethnici
semi Christiani, modo in furore modo in tepore, modo
ab Aegypto remoti, modo in deserto murmures, per mi-
sericordiam Dei fruituri sitis terram, quam vobis promisit:
haec spe lactamini, sed memento quid Judaeis acciderit,
et quid nos S. Paulus doceat: Patres nostri inquit: om-
nes sub nube fuerunt, omnes mare rubrum transierunt,
omnes eandem escam spirituales manducaverunt, et
omnes eundem potum spirituales biberunt. At tamen pau-
ci solum Deo placuerunt. ex sexcentis eorum milibus duo
solum ingressi sunt terram promissionis.

Hoc vos terret, Auditores, sed ea, quae idem Apostolus
addit, magis adhuc vos terrore debent: Haec autem, inquit, ^{et ibid}
in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malo-
rum sicut et illi concupiscent.

Quamnam inde ericamus consequentiam? illam nempe, 53.
quam ibidem comit S. Paulus. Salvari cupimus, sed ne idolo-

iat, dicitur
mae me
quam ob
sit Tertian
quod quilibet
ibus peccati
cipua causa
meliores pecc
itiosum comm
bit, qui hanc
t.
vitat, atque
et dicitur
us vult habere
fferi debent
t diffingat
illegis quae
tionem per
Datus Judaeis
ei salutem
est prosequi
licet Baptis
omnes
Videtur quod
qua S. August
vana gloria
cor amor
quam pro
in gularibus
icit, quem
iferam top
suorum illu
peregrina
tinus hunc
it, opposit
judicis, qui
nat: ad
pitationem

latram imitamus hunc populum nec eundem hunc popu-
lum intemperantem, impudicum, murmuratorem at Super-
civum sequamur. Volumus Salvari, Sed non Simus idololatram
Sicut quidam ex ipsis. Salvari volumus, Sed fugiamus om-
nam in cibo et potu intemperantiam, nec imitamus popu-
lum istum, qui post tanta epula Surrexit ludere et Salta-
re circum idolum, quod sibi fabricaverat. Cupimus Salva-
ri, Sed non fornicemur, Sicut quidam ex ipsis, quorum crimen
punitum fuit morte viginti trium millium, qui una die pe-
rierunt. Salvari desideramus, Sed non murmuramus, sicut
quidam eorum murmuraverunt, qui morte percussi fuerant
ab Angelo exterminatore, Haec omnia quae illis contige-
runt, nobis institutionis loco esse debent, ut qui existi-
mat se stare, videat ne cadat, ut intelligamus, quod cum
Salus nostra à Deo et à nobis pendeat, passurus non sit nos tan-
tari supra id quod possumus, et quod se ex parte nostra
consilii, quae circa nos habet, responderimus, faciet, ut
proventu temptationem sustinere possimus.

Documenta Moralia

Sensa Patrum, et Theologorum, Concionatorum
veterum et recentiorum, Gallorum et alio-
rum circa salutem, facilitatem et difficul-
tatem, quae in ea occurrunt, pp.

I.

54.

- * S. Leo Saem. 3^o De Naturitate
- * Sacramentum Salutis humanae in nulla unquam an-
tiquitate capavit. Quod praedicaverunt Apostoli, hoc annus
ciaverunt prophetae, nec serva est impletum, quod semper
est creditum. Sapientia vero et benignitas Dei hae salutifi-
ci operis morâ capaciores nos vocationis suae affavit, ut quod
multis signis, multis vocibus, multisque mysteriis per tot
saecula fuerat praenunciatum, in his diebus Evangelii non
esset ambiguum, et nativitas, quae omnia miracula om-
niumque intelligentia erat caecata mensu-
ram, tantò constantiorem in nobis gigneret fidem, quanto
praedictio ejus et antiquior praesepisset et crebrior. Non
itaque novo consilio Deus vobis humanis, nec serva mise-
ratione consuluit, Sed à constitutione mundi, unam ean-
demque omnibus causam Salutis instituit. Gratia autem
Dei, quae semper est universitas justificata Sanctorum, aucta
est Christo nascente non coepta: et hoc magna pietatis Sacra-
mentum quo totus jam mundus impletus est, tam potens

in suis significationibus fuit, ut non minus adapti sint qui in illud crediderunt promissum, quam qui susceperunt donatum.

* Hinc sanctus Mattheus statim initio Evangelii sui longam generationum seriem ordinis texit, ut intelligeremus, quod ea, quae Abraham fuerant promissa, in Christo facta completa fuerint, atque in persona huius hominis dei coelestes benedictiones omnibus nationibus concessa fuerint. S. Lucas hac eadem ratione nobis reliquit tabulam genealogicam, ut nobis ostenderet, quod remotiora etiam saecula, quae diluuium praecesserant, in hoc mysterio seu Sacramento partem haberent, et quod si à mundi exordio diversi successivorum gradus repetantur, inventuri simus eos illum respexisse, in quo solo omnium salus inclusa erat.

* Idem Serm. 10.
De Nativitate

II.

Deus suum nostrae salutis amorem significaturus gallicantum charitatem, patrum curam, matrum misericordiam, virorum profert amorem; non quia nos tantum deum amat, sed quia his exemplis atque regulis non aliam apud nos majoris amoris signa, et argumenta inveniuntur: nam quod multo magis nos deamat; et si ait mater filio, non uteri sui obliviscatur, et vir uxorem dimissam et cum alio pollutam non recipiat, tamen peccatores Deus recipit, quando ad eum ex toto corde suo revertantur.

55.

* S. Chrysost. Hom.
in Genes. tom. i.

III.

Hae salutis gratia nobis à sua gratuita misericordia offertur: sed an effectum suum sortietur sine nobis? Id credere perniciosus error esset. Divinus hic Salvator idem nobis dicit quod paralytico dixit: Vis sanus fieri? et inde intelligimus, nos debere hoc auxilium accipere, si respondero, et ad illud operam nostram conferre. Nos sanabit, sed oportet ut sanari velimus: nos sanabit, sed non imitos: Quid beatius cogitari potest, inquit S. Augustinus, habere quodammodo in sua voluntate, et ut ita dicam, in manibus suis sanitatem suam.

56.

* In Gal. 102.

Coci ergo et infelices sunt illi, qui propter duos errores, in quibus vivunt, ex hoc commodo compendium non faciunt. Modò statum suum intuentur tantis seculis et periculis circumcinctum, ut moraliter impossibile sit se eis extricare quò salutis suae incumbunt. Modò sibi imaginantur, quòd ut in mundo ipsis bene sit, hic status erigat certas qualitates, quae Christiani officiis repugnant, et quae tamen, ut cum successu gravi huic negotio navetur opera, servari debent.

IV.

57.

Veluti maximum salutis obstaculum respiciunt negotiationum temporalium, quibus panè obveniunt, multitudinem.

Non ipsis est, ut ajunt, otium salutem suam cogitandi, nisi quam multis negotiis irretiti sunt, iis opprimuntur, habentque omnis generis et speciei.

Habent aliqua negotia quae professionis suae munus comitantur, oportet satisfacere obligationibus officii, quod integram attentionem exigit. Sunt, quae ambitio sumit: mille fortuna consiliis mentem suam opplent. Habent negotia domestica, in quae consanguinei et cognati eos induunt. Habent extranea, quae homines bonorum avidi suscitant, quae defendere aut recipere oportet. Habent laboriosa et molesta, quae curis et taedio opprimunt. Quantum ad divitiam habent infinita: et ubi unum finitum est, supervenit aliud: Quid habet simile, ajunt, quod quis inter tot agitationes et molestias salutem suam cogitet? malaciam expectant, ut ei serio navent operam; tamen sinceram cogitabunt, ubi certa, quae voluerint, negotia finem acciperint.

Sic se ipsos fallendo vitam transigunt; qualibet die, nos suppetat casus; quod plus progrediuntur, sed magis implicantur, et si interdum vel momento respirare cogitant, ut se Christiani officiis tradant, cor jam à longo tempore agitatum, et tantum prophanis objectis commotum, impropiam quam accipit, conservat, seque sentit velut involutum in abyssum à qua se proripere volebat, demò precipitatum.

Imò etiam ad altarium pedes suos inveniunt occupationes; de iis cum Deo tractant magis quam de salutis suae negotio: et talis qui se per plures annos publicis negotiis tradidit, se ipsum sibi immisericorditer denegat, prout S. Bernardus Innocentis papae scribebat*. In quibus periculis Christianum exponat multitudo negotiorum.

* Solus te negas tibi.

V.

Verum an merito hae ratione se eximere potest à salutis suae negotio? imò an non ex officiis suis presentissimum sanctificationis suae medium sibi facere debet? Anis ipsum impedit, ne coram Deo suo ambulet sicut fidelis Abraham? ne ipsum invocet sicut pius Enoch? ne laudes ipsius, sicut Sanctus Rex David, si non septies in die, saltem interdum decantet? ne legem ipsius sicutatur, meditatur, et in corde suo abundat?

Si quidam periculosa tentationi traditum se sentit, tum ut animam suam mundam servet, magis quam unquam sentire debet, quantum auxilio coelesti indigeat. Si ab illa,

liberatus est, tum exclamare debet cum S. Propheta: anima nostra sicut pascua crepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Si molestis negotiis est implicatus, tum fidem suam rursus animare debet, serio in se ipsum redire, adque omnia providere, quia ipsi Christianismus suppeditat, ne quidquam contra officium suam agat.

VI.

58.

Cura salutis suae nullâ necessariâ qualitate ad quamlibet professionem in mundo exercendam illum etiam annuum privat; potest esse bonus Judex, bonus Magistratus, bonus Mercator, bonus Paterfamilias.

Cum sapiens sit, quae aggreditur examinet, virisque suas cum iis, quae ipsi agenda sunt, metitur, sibi persuasum habens, quod gravia onera opprimant illos, qui ad ea portanda nimis sunt debiles, quod facile est capefrit ac si difficile esset, ne temerariâ fiducia languerent, et quod difficile est, ac si facile esset, ne animo frangatur in sua imaginatione augendo difficultates, quae ipsum deterent.

Pro oculis habens momentum et necessitatem salutis suae, ante omnia observat id, quod negotium istud curbare possit. Saepeus qui horribilis videtur iis, qui sibi ipsis sufficere non possunt, ipsi commodus, dulcis et amoenus videtur: Idem libenter ingreditur ne se ipsum à conspectu suo amittat, et quando negotia sua cum ex illo egredi cogunt, ut alios invisat, vel ut ab aliis invisatur, tum obsequiosus, facilis, et comis est. Si consortia in quae decantia illum induxerat, relinquit, cum gaudio ad interiora sua revertitur, sibi ex omnibus felicitatem facere sciens, necessitati cedens, sed nunquam agens quidquam, quod salutis suae nocent.

VII.

Scientia Dei, qua paritur mentem suam et cor sive ab insulsis voluptatibus sive ab amaris inquietudinibus saeculi liberat. Nitens, quantum potest, sibi honestam conciliare libertatem nullo superfluo curis se expedit, ut tranquillius necessariis intendat animum. Imò quandoque nimis magnas, quamvis pias, occupationes devitat; ac si charitas sua cum ad illos impedit, quietis amor illum ad se ipsum revocat, ut voluptas, quam in veritatis meditatione invenit, ipsum in suo labore magis firmet et roborat.

Quia vult ut scientia sua ipsi sit utilis, illam in suo vero fonte haurit. Mentem at cor suum ad Deum erexit, ut consiliis suis favere dignetur, et collectione atque oratione ab ipso patit quod ^{mediis} mare humanis acquirere non potest. Postulat à Domino, ut ipsum illuminet in tenebris suis, sanctificet in sua vocatione, adjuvet in suis infirmitatibus, à suis erroribus liberet, faciatque potius ut ignoret quod non necessariò scire debet, quam permittat, ut vanà scientiâ inflatus in suis cogitationibus dissipetur.

Aequaliter compartam habens suae salutis hostium malignitatem, et propriam suam infirmitatem, in Deo quem tanquam suam suam intuetur, quaerit quod in se invenire non possit, et cum humili docilitate motum spiritus ipsius sequitur. Ita constitutus pauci sunt laquei, quos non detegat, periculosa occasiones, quas non devitet, virtutes, quas non exerceat, munera, quae non servet, obstacula quae non superet. Est humilis in suis bonis operibus, accuratus in suo officio, pius in suis exaritiis, moderatus in felicibus successibus suis, quietus in adversitatibus, quae ipsi adveniunt.

60.

VIII.

Agit quod alii agunt, sed aliter quam ipsi: cortex idem est, sed radix diversa. In aliis cupiditas agit, in ipso autem charitas. In aliis est vehemens desiderium se evahendi in mundo, quin vix salutem suam cogitent: in ipso est solum vel praecipuum salutis studium, ad quam omnia quae suscipit refert. Antequam se ipsum intarrogat, sciamne hoc? prius à se ipso quaerit: an cum conscientia illud facere possum, an illud faciendo salvari poterò?

Hac praecautione munitus sibi ipsi diffidit, et soli Deo placere studens, et in omnibus sanctam ipsius voluntatem perficere, se in illius lege voluit in speculo intuetur, omnes ejus obligationes examinat; ipsam consulit tanquam oraculum, quod de omnibus molitionibus suis scire debet, omnemque illius amplitudinem amplectitur, ne quidquam perspiciat et curas suas effugiat.

Hac praecautione munitus conatur nullum status sui minus omittare, et quem admodum illi, qui auri et argenti metallorum intelligentiâ sunt praediti minimas etiam num vanas illorum sequuntur, ne quidquam horum

pretiosorum perdant, ita etiam nulla se offert occasio be-
ne agendi, ex ^{qua} compendium non faciat, ut congreget the-
saurum, quem nec tinea nec aerugo corrumpant.

Talis est character hominis pitiat sapientis, cujus,
tantum abast, ut cura salutis suae mentem ipsius per-
turbat, aut impediatur, ne ea in mundo res sua progres-
sive succedant, quin potius ipsi magno est auxilio, ut
munera honesti viri cum vari Christiani muneri-
bus conjungat.

IX

61.

Salutis negotium magni momenti nobis videri de-
bet, sive id eund ex parte Dei, sive Daemonis, sive homi-
num intueamur. Ex parte Dei, qui ut nos salvaret,
quod charissimum ipsi est nobis dedit. Ex parte Da-
monis, qui ut Dei et nostris conatibus adversetur, quid
quid malignius habet impendit. Ex parte hominum, qui
ut salutem consequantur nihil nimis humile minus-
que laboriosum agere possunt.

X

62.

* Primum instituti atque in lucem certi hominis officii -
um est proprium cognoscere authorem cognitumque sume-
re et adorare. Optimum deinde est curam principalem ani-
mae impendere, ut quae utilitate prior est, non sit conside-
ratione posterior. Primas apud nos curas quae prima habentur
obliviscant, summisque sollicitudinis partes
Salus quae summa est, vindicet. Haec nos occupet in praesidi-
um et tutelam sui, jam non plane prima sed sola omnia
vincat eo studio quo praecedat omnia. Summam debemus
obserantiam Deo, anima deinde maximam; atque ita ta-
man illud est, ut cum utrumque praecipuum sit, observari
alterum sine altero nequaquam posse videatur. Ita quis
quis Deo satisfacit, anima necesse est jam consuluerit, et
vixit qui anima consuluerit necesse est Deo jam satisfacere-
rit. Sic de summo apud nos utroque res transigitur utili
coarta compendio, ut si quis unum solum impleverit,
utrumque contulerit, quia ineffabili benignitate divina ip-
santilitas, fit Dei sacrificium.

Ep. paracleti-
ca ad Valeria-
num.

XI.

63.

Multus corpori curationum usus impenditur, multum huic
opera in spem medelae datur. Nunquid medicinam anima non
meretur? Si pro conservatione fragilis sanitatis at carnis ce-
meretur? idem ibid.

et utilis, idem
sum ad Deum
at collectis
adip
nere humani
no, ut ipsum
na vocatorem
erroribus libe
necessariis
latus in suis
e salutis horti
nfirmatate
tur, quare
i docilitate
tatis panni
es, quas non
qua non
tilis in suis
in suis exer
uistis in ab
quam ipi
upiritas
hamens
tam suam
litis studium
ntaquam
so querit
ud facient
difficili
tam ipi
in speculo
ssam con
olitionibus
tudinam
curas suas
nulum
ti, qui
hiti
quam

„ mortalis tantum laboramus, atque tam amaras potiones su-
 „ minus, nunquid animae vulnera inveterare permittemus,
 „ cūque propriis ipsi remediis, quae illam sub malorum suorum
 „ pondera succumbere impediunt, privabimus?

„ Caro ista non est nisi ancilla, anima verò Domina;
 „ porro injustum est proferre illam huic. Melior nostra ipso-
 „ rum pars iure merito primas et gravissimas occupationes à
 „ nobis exposcit, quin eas viliori et ultima consecremus.
 „ eas invicem comparemus: caro, quae ad terram centrum
 „ suum nos trahit; anima, quae à coelo ortum duens velut
 „ Splendens ignis ~~velut ignis~~ versus sphaeram suam
 „ rursus ascendit; caro quae brutis similes nos efficit; anima
 „ quae in se divinitatis lineamenta gestat.

XII.

„ Quicquid ergo vitium et industria nobis est impendamus
 „ in solatium huius animae /concludit hie S. Lucherius/ sicam
 „ conservemus et tutam praestemus à malis, quae à immi-
 „ nent, de positum et imaginem Dei ipsius conservabimus. Quan-
 „ tum aedificium evahere poterimus, si illud optimis fundamen-
 „ tis inaedificemus. At fundamentum hoc est salutis fundamen-
 „ tum, et frustra aedificium istud ornare studebimus, si fun-
 „ damentum deficit. Quid nos iuvabit corpora nostra pingue-
 „ scere atque cibo implere, si animam nostram pro fame mori-
 „ sinamus ei detractis alimentis, quae ipsi sunt propria? Quid pro-
 „ dest homini, Christus ipse loquitur, quid prodest homini, si
 „ universum mundum lucretur, anima verò suae detrimentum
 „ patiatur? Bestimè res nostras gerimus, si salutis negotium ne-
 „ gligimus, enim verò ubi semel eam amiserimus, nulla nobis am-
 „ plius lucri aliusque spes est, sed omnia perditia sunt.

XIII.

64.

Sunt qui arbitrantur se velle salvari, et qui tamen re
 ipsa nolunt. Sunt alii, qui necessaria ad salutem operari ma-
 tunt, nec ei operam impendunt: et Denique sunt tertii ge-
 neris, qui eam sinere cupiunt, et re ipsa eam operantur.
 Primos errore liberare, secundos pudore suffundere, tertios ani-
 mare oportet.

XIV.

65.

Salutis nostrae negotium nos proprius spectat, quam cata-
 ra omnia; ut potè cuius lucrum vel jactura majoris momenti
 apud nos est quàm bonus vel malus aliorum successus. Est ne-
 gotium quod nos ipsos respicit, et de quo rationem reddere tene-
 mur.

Necessum non erat, ut in mundum veniremus, mundus hic
 diu sine nobis fuit, et non desinet subsistere quando non am-

plius in eo sumus. Cum venimus in mundum, necessarium non erat, ut essemus divites, potentes, Magistratus, Proceres: hæc qualitates ortui nostro absolutè alligatæ non erant. At, postquam venimus in mundum et in Sinu Ecclesie nati, et per gratiam Sacramenti regenerati fuimus, necessarium est, ut Salutis nostre operam navemus. Hoc nostrum est negotium, inquit S. Paulus, In hoc consistit totus homo, inquit Salomon. Nos ipsos cogitemus, et non pecuniam nostram vel hereditates; nos ipsos et vera bona propter quæ Deus nos creavit. Hoc nostrum est negotium, illudque nobis impositum atque ad id proprium est, ut nos soli cum auxilio gratiæ ei felicem successum tribuere valeamus.

XV.

66.

Quando videmus hominem, qui se negotio cuiusdam implicavit, quod ipsi malè cessit, dicimus: hoc ipsius non intererat; verum ubi se non nisi rebus, ad quas idoneus est, implicat, hoc ipsius intererat, dicimus: admodum verisimile est eum felicem habiturum successum.

Tale est respectu Dei et nostri Salutis nostræ negotium. Deus qui nos facit sine nobis, nunquam nos sine nobis salvabit, et quamvis universa Ecclesia cum suis institutionibus et precibus huic negotio se immisceret, si ex parte nostra ad illud operam nostram non conferamus, ipsius interpositio nobis inutilis esset, postularet à Deo gratiam, ut meliorem vitam ageremus quam hætenus agerimus, at sine nostra opera quid hæc interpositio nobis prodesse possit?

Gratiora totum malum et bonum hujus negotii vel feliciter perducti, vel infelicitate amissi nos unice respiciunt: non eadem est aliorum negotiorum ratio. Medicus pro se laborat et pro suo aegroti, suæ visitationes ipsi adjudicantur, quamvis etiam ex ipsius ignorantia vel assiduitate defectu aegrotus iste moriatur. Mercator, cui sunt sociati, pro se et pro illis lucratur et perdit: sed in Salutis negotio unusquisque onus suum portabit, unusquisque rationem reddat pro se, unusquisque metat, quæ semina- verit. Posuintna affari validiores rationes, quibus Christianus ad eam operandam adducatur; et si negotium istud negligit, an non sine re fateri debet, se omnium mortalium ^{Stultissimus sum} esse ^{stultissimum}.

Si illustri conditione homo negotium aliquod negligeret, 67.
cujus bonus vel malus successus magna bona ipsi concilia-

ret, vel totius familiae suae ruinam seum traheret, et si quamvis omnem suam industriam ad illud conferre deberet, iniquam extranei alicujus, vel etiam amici litam uraret, tanquam homo ab omnibus haberetur, qui à mente discessisset: Idem judicium ferendum est de innumeris hominibus, qui quod unicè necessarium est negligunt, ut longè minoris momenti rebus incumbant.

Liberos suos collocant, sed sternam fortunam suam amittunt. Filias suas maritare in maximas divitias strant, sed nullam gerunt pro se ipsis in futura saecula congerendi thesauros, qui ipsos ditent. Post mortem suam amplas facultates libris suis relinquant, quibus eum fortè damnabuntur: Sed et si salvarentur atque de caelo viderent parentes suos in inferno dicant ipsis, insani et maledicti, si sapientes fuissetis, pro vobis fuissetis: an ignorabatis omne bonum vel malum, quod faceritis, in vos relapsurum, quòd negotium salutis vestrae vos solos spectaret, atque caetera omnia propter idem vos relinquare oporteret.

XVI.

68.

Et quid sentiendum de iis, qui gratitudini vel fidelitati heredum suorum credunt id, quod ad salutem suam conferre potuisset, si illud ipsum in vita sua praestitissent. In suis testamentis multa pauperibus legabunt, jubebunt ut pro requia animarum suarum super plura altaria et à pluribus Ministris sacrificium immaculati Agni offeratur: Sed si testamentum istud est informe, si supprimitur, aut illius executio negligitur: Quid boni ab ipsis factum fuit? cur debita sua non solverunt? cur eleemosynas non sunt largiti? Primi se ipsos oblitì fuere, cur volunt ut alii ipsorum recordentur?

Legatarii, heredes aut testamentarii executores se vel maxime reos efficiant, si ipsorum ultimam voluntatem non exequantur; Sed an inde ipsis melius erit, et an non meturos debebant, ne Deus unum peccatum per aliud puniret? Dum viverent salutem suam non cogitarent, alii post ipsorum mortem nec eam cogitabunt. An eleemosinae, sacrificia, orationes melius à suis libris quam ab ipsis collocata fuerunt? Post ipsorum mortem nulla meritorum ratio erit, cum à contrariis bona ipsorum opera et satisfactiones ab ipsis durante vitâ facta iram Dei placare ejusque misericordias ipsis conciliare potuissent.

XVII.

69.

Qui salutem suam negligunt, sibi infinita mala accersunt; qui cum omnibus necessariis conditionibus ceteram navant, bona aeterna sibi conciliant, mala vel bona, quae ab hoc negotio salutis ita pendent, ut ab eo separari non possint.

Aliis negotiis lucrum et damnum necessario alligata non sunt: in illis possumus nihil perdere, et etiam nihil lucrari. Praelium iniri potest, in quo commoda et incommoda compensantur. Quis per plures annos negotiari potest, atque in fine sui negotii in eodem statu esse ac erat antequam animum ad illud adiecerat.

At in salutis negotio longè aliter procedunt; si animam nostram salvamus, tum omnia lucrati sumus; si eam perdimus, tunc omnia perdidimus. Ubi matri, cui plures sunt filii, nunciatur unum illorum in bello cecidisse, ob hanc jacturam consolationem capit ex illorum numero qui ei adhuc sunt residui: sed non nisi unam animam habemus, si eam salvamus, tunc bene omnia procedunt; si eam perdimus, tunc omnia male succedunt.

Hac ratione Tertullianus agebat, se non emere coronam periculo capitis sui, ac si voluisset dicere: non nisi unum habeo caput, si illud perdo ad habendam coronam, quid mihi coronam opus? et ~~ubi illam ponerem?~~ ubi illam ponerem? Si duae mihi essent animae, forte unam periculo exponerem ad fruendum bonis, honoribus et hujus vitae voluptatibus: sed cum unam tantum habeam, si eam perdidero, quid mihi proderunt haec bona, honores et voluptates?

Non amo capiti Coronam. Apol. 42.

XVIII.

70.

Salutis negotium omni alii praefari debet, et saepe ultimo loco ponitur. Non satis cito illud aggredi possumus, et amor proprius nobis persuadat, quod finitis aliis negotiis tempus adhuc suppetat eam cogitandi.

XIX.

71.

Omne tempus nostrum, omnem juventutis florem, omne ingenii nostri vivacitatem mundo tribuimus, Saluti varò nostra vix ultimos vitae nostrae dies, reliquias voluptatum nostrarum vel fortunae, rationem hallucinationibus interdum habetataam, saepe negotiorum multitudine implicatam, formè saepe aetate debilitatam concedimus.

Talis quem habitualis intemperantia ad longas infirmitates redegit, non nisi tardissimè suam conscientiam co-

um trahant
id est confert
amici literam
qui a mente
innumera
negligunt, p
am fortunam
immo divitiis
ra saepe
st mortem
quibusum
da rolo
mani et meli
tis: an igno
tis, in vos re
los spectant
ingior optat
titulini
quod ad salu
vita sua
bus legabunt
um super
in immo
est informe
tur: quid bonu
erunt? ur
blitificat

gitat, et si per vicium restitutionem se ad alia idoneum
Santirat, salutem suam minimi faceret.

Solis quem Senectus, vel reliquia avararum familia-
rum ad devotionem inducunt, forte parum de ea cogi-
taret, si aliam in mundo personam agere valeret. Con-
ventuum oblectamentum non amplius constituit, quia
non amplius habet venustatem eam, nec magnas illas
facultates, quae commodis servientes ipsi adulatorum
attraherant: si demum placere posset, vel labes domus
calamitatibus aperta et ad ruinam propendentis restau-
rare, salutis suae negotium ultimum esset, de quo cogi-
taret.

XX.

72.

Dæmon nihil omittit, quò nobis omnes salutis vias
præcludat: an non continua et maligna ipsius vigilan-
tia, nos ad omnia necessaria media, quibus perniciose ip-
sius consilia eludere possimus, attentos efficere debent?

* De zelo et li-
vra

Circumit Dæmon, inquit S. Cyrilianus, nos singulos, et tan-
quam hortis clausos obsidens muros explorat et tantat
num sit pars aliqua minus stabilis, cujus aditu ad interio-
ra penetratur. Offert oculis formas illicites, et faulos vo-
luptates, ut visu destruat castitatem. Aures per musicam
tentat, ut sonu dulcioris auditu solvat et molliat chris-
tianum vigorem. Linguam comitio provocat, manus in-
juriis lascipientibus ad petulantiam cordis instigat. Ut frau-
datorum faciat lura, opponit injusta, ut animam per
avaritiam capiat, ingerit perniciose compendia, hono-
res, ut nobis veri gloriam eripiat, proponit falsos hono-
res mundi; et ut nos amittere faciat ideam futurae felici-
tatis, fallaci presentium dignitatum splendore nos exor-
cat. Cur tot stratagemata et fraudes? ut subleat animam
nostram curam negligamus: At vel ideò maximè conti-
nuo studio eidem salvanda incumbere nos oportet.

XXI.

73.

Vis, quam nobis inferre debemus, nos lateret: sed
an Jesus Christus, eam, quam ut nos salvaret sibi intulit, de-
territus est, respondet S. Anselmus? Quidquid abjecti-
us et divius est pro salute nostra suscepit. Verarumque pau-
perum, vilis susceptus obscuritas, injuria, quae in ipsum
vomita fuerunt, mors crucis quam pertulit, nihil horum

* lib. Soliloq.

idum Intermit: Et nos, quos anima nostra salus unica res-
picit, nos qui si illam perdidimus, omnia perdamus, nos
qui pro nihilo rebus tot labores perferimus, totque moles-
tias deoramus, detrectabimus pro aeterna felicitate nos-
tra id agere quod in mundo agimus ad obtinendam caducam
fortunam?

In mundo, saepe quae molimur optatum exitum non
habent, et si etiamnum habent, tunc saepe novis implicant
molestiis: In salutis nostrae negotio sperare possumus, quod
Saepe opus à nobis per illius auxilium inceptum sit corona-
turus; et quae magis in eo progressu fuerimus eò majorem
consolationem et suavitatem in eo finis inventuri.

In mundo, quod cum ardore desideravimus, saepe non nisi
fastidium nobis procreat et moerorem cum eo fouimus:
et salutis nostrae negotium solertè tractatum magnam con-
scientiae quietam nobis conciliat.

In mundo plures deovendae sunt cupiditates ut uni fiat
satis. Avaritia ambitioni, ambitio impuritati, Deside-
rium ulciscendi molestiarum aperta vindicta consecutionum
timori, quies fortuna, fortuna voluptatibus sacrificari debent.

XXII.

Tantummodò obiectum mutemus, atque pro salute
nostra agamus quod pro mundo facimus, unicum nobis con-
ciliandum erit scilicet Dei amicitia, haecque amicitia
omnia desideria nostra explebit: erit nobis cum contentus
et nos cum ipso. Tempus quod in lusu, frivolis occupati-
bus, inutilibus et insulis conversationibus dependimus,
idè impendamus in sanctis pietatis exercitiis, in visita-
tione pauperum, examine conscientiae nostrae, oratione,
lectione bonorum librorum.

Lacrymae quae super morte alicujus infantuli, in divan-
tione flagitiorum commercii, jactura litis, vel infidelitate
amasi funduntur, o quam sanctè et utiliter impenderen-
tur in expiatione peccati, amissione gratiae, infortunio ani-
mae, quae in spatiosas saeculi vias deflexit! Lugebam mor-
tam Didonis quae Aeneam diligebat, inquit S. Augustinus, et non
lugebam mortem animae meae, quae te non diligebat, o Deus
qui es ipsamet bonitas et misericordia.

XXIII.

Quid dicere vult Regius propheta, quando ait, quod ani-
ma sua sit semper in manibus suis? Cuius sensus spiritualis,

74.
75.
anima mea in ma-
nibus meis semper.

* Serm. 2. de viciis
viciis nativ. D. Bm.

quam his verbis S. Bernardus tribuit*. Hoc inter res quas videmus et eas quas tenemus intercedit discrimen, ut priores facile obliviscamur; Homo se ipsum in speculo considerat, sed quamprimum abit, statim obliviscitur qualis sit. Alius audit cantilenam suaviter decantatam, cuique placet, sed sonus pertransit, et vix cantilenae ac verborum amplius meminit.

Alia est ratio rei illius quam in manibus habemus et retinere volumus. Non solum eam videmus sed et fortiter tenemus nec dimittere volumus. Tali animo affectus erat David. Nihil ipsi charius erat quam anima sua, quapropter dicit, se eam in manibus suis tenere, non per certa intervalla, sed semper. Salus sua maximum occupationum et curarum suarum erat objectum, hinc illius memoriam nunquam amittebat, si-ve de nocte, si-ve de die, si-ve Regnum suum optimis legibus institueret, si-ve paululum quiesceret, necessitas et media operandi salutem suam continuo menti occurrerant: animam suam semper in manibus suis tenebat.

76.

Filii huius saeculi prudentiores sunt in generatione sua filii lucis. Luc. 16. v. 8.

XXIV.
Hujus nos bene monuit Jesus Christus: Filii saeculi in sua agendiratione prudentiores sunt filii lucis. Priores nihil momentanti aliquid aggrediuntur, quod non cum multa circumspectione dirigant, et non tam respiciunt, quod alii stolidi et temerarii faciunt, quam quod ipsimet faciant oportet: primum prudentiae ipsorum signum. Semper certum et securum dubioso ambiguoque proferunt: secundum prudentiae ipsorum signum.

Non eadem est posteriorum ratio. Incauti vias salutis ambulant; satis contenti, dummodo vobis speciem tribuant, atque agant, quod potissima voluptuosorum Christianorum pars agit, incertum et suspectum vero et Evangelii legibus consentaneum proferunt.

Frostra ipsis dicitur, quod vitam suam in continuo visitationum, lusuum, conviviorum, voluptatum circulo transigentes à viis salutis recedant; ut errores suos fiant, adduunt exemplis innumerorum semichristianorum, qui ut nec ipsi, ut ajunt, damnari volunt; avrosos, quos

In omni contumelia
et gradu peccatis
mixti sunt
optimi. Ep. 4.

S. Hieronymus eo perniciosiores aestimat, quod in mundo sit continua permixtio proborum et peccatorum, perfectorum et imperfectorum, devotorum et impiorum.

His diffidere debemus, et non facere quod illi faciunt, sed omnibus his posthabitis facere quod jubet lex sancta, nul-

lūmque illius articulum unquam violare. Si eam consule-
remus, quid in eam inveniremus? Quod honores, voluptates,
bona, quae mundus intuetur velut objecta digna curis suis
et amore, cadere debeant desiderio salutis nostrae. Quid in-
super in ea inveniremus? Quod ea quae videntur commoda, uti-
lia, et amoena, sint perniciosissima, magnūque arcuum
sit eligere, quod amori proprio magis repugnat et contrari-
um est.

Cum Loth ab Abraham separare voluisset, Abraham-
que ejus arbitrio reliquisset eligendi talem terrae partem,
quam maluisset; tum Loth eminentem locum ascendit,
unde pulchram, opulentam et fecundam detexit regionem,
eamque sibi elegit. Sed paulo post imprudentiam et in-
fortunium electionis suae agnovit. Sodoma enim in qua
erat, ignea et sulphurea pluvia redacta est in cineres, et
nisi velox auxilium de caelo ipsi advenisset, quo praeci-
pitanter ex maledicta hac civitate eductus est, in ea
interisset.

Quod passiones magis demulcet, quod amori proprio ma-
gis ardeat, id saluti magis funestum est, et prudentia Chris-
tiani illam operantis exigit, ut ei omnem aliam necessitu-
dinem deinceps.

XXV.

77.

Ne in negotio mille illusionibus subiecto erramus, con-
sulare debemus legem Domini, et quantum possumus, semin-
tam insistere eorum, qui eam servaverunt, inquit pariter
quidam vita spiritualis Magister*.

* Gerson de imi-
tatione Christi.
lib. i. c. 18.

Sancti et amici Dei: inquit: si servierunt infame et
siti, in frigore et nuditate, in labore et fatigatione, invi-
gilis et orationibus, in jejuniis et sanctis meditationibus, et
in persecutionibus et opprobriis multis..... Quam longas, et
et graves tentationes pertulerunt! quam frequenter à de-
monibus vexati sunt! quam crebras et fervidas orationes Deo
obtulerunt! quam rigidas abstinentias peregerunt! quam
magnum zelum et fervorem ad spirituales profectum ha-
buerunt! quam forte bellum adversus edomationem vitio-
rum gesserunt!... Per diem laborabant, et noctibus oratio-
ni divinae vacabant; quamquam laborando ab oratione
mentali minimè cessarent: sedque omnia tempus utili-
ter expendebant; omnisque hora ad vacandum Deo brevis et

» vidabatur: et pro magna dulcedine contemplationis etiam
 » oblivioni tradabatur necessitas corporalis refectionis....
 » vix necessaria vita sumebant, corpori etiam servire in ne-
 » cessitate dolebant. Pauperes igitur erant ^{et} reg^{is} terrenis,
 » sed divites valde in gratia et virtutibus. Foris agebant,
 » sed intus gratia et consolatione divina reficiebantur.
 » Mundo erant alieni nec aliud nisi dilectam patriam suam
 » suspirabant, et nihil ita habebant in pretio quam anima-
 » rum suarum lucrum.

XXVI.

78

Quam terribilis consternatio, quando in fine vite nos-
 tra deprehendemus, nos nondum serio salutem nostram cogi-
 tasse intra tempus, quod mox finietur, et aeternitatem,
 quae mox incipiet!

Imaginemini vobis inconstantem viatorem, qui in
 ignota regione ambulat vias, quae ipsi pulchrae videntur,
 et arboribus replata, quae ipsi in magnis caloribus jucundam
 et commodam umbram subministrant, nihil minus cogi-
 tat quam quod cogitare debaret, nempe noctem appro-
 pinquare, seque esse in terra aliena; modo progreditur
 modo subsistit: sed sive progrediatur, sive subsistat, sem-
 per aberrat, et inclinante in vespere die, reperit se sine
 comessatu ad ripam profundi et rapidi fluminis, quod
 transire non potest. Retroce se ire cuperet, sed spissa te-
 nebrae impediunt, quae minus viam, quam arripere debet,
 cognoscant, praeterea ipsum vias deficiunt. Nec veri simile
 est ipsum ulterius profecturum, nisi ex desperatione
 in medios fluctus se immittat, qui ne quicquam luctantem
 deglutiant.

XXVII.

79

Major adhuc est inquietudo et dolor hominis, quide
 voluptate in voluptatem eurrens, vel negotiorum,
 quorum unum alterum turbat, torrente abreptus sa-
 lutem suam operatus non fuerit.

Tunc clamabit cum insanis illis, quos Sapiens com-
 » memorat: Erravimus a via veritatis, et cum furore vias
 » saevi cucurimus: exquisita vina bibimus, et capita nos-
 » tra rosae coronavimus. Quando monabamur, ut in futurum
 » nobis prospiceremus, oculisque nostris proponebantur iusti,
 » quorum praecipua occupatio salutis negotium erat, voluit

insanos eos intuebamur, qui vitam sine honore et voluptate ducebant; at nos ipsi insensati eramus; eae quoque modo computati sunt inter filios Dei, nos vero sponta in malorum quae nunquam finem habebunt, abyssum nos precipitavimus.

XXVIII.

80.

Magna vigilantia et seruis omnium nostrorum munerum studio opus est, ut cum fructu salutem nostram operemur, inquit S. Chrysostomus*. Non in molliori pluma dormit miles, nuda terra, vel modicum paleae ipsi locus lecti est. Vir qui vitam suam piscando lucratur, semper oculos defixos habet in lineam vel ratia sua. Pastor semper vigilat et circumspicit, ne dum dormit, lupo in gregem suum irruat, prout Iacob dicebat ad Laban: Noctu si quae bestia urebar et gelu obrigescerem, fugiebaturque somnus ab oculis meis, nec captum a bestia ostendi tibi. Quod si pro tam exigui momenti rebus vigilamus, quid pro anima nostra agere non debemus, ut illius salutem tutam efficiamus per bona opera et infraetam omnium munerum nostrorum observationem?

* Hom. 22. ad populum

XXIX.

81.

* Dic autem mihi: addit idem S. Pater*: nonne seruo fabricitanti Medios auersere jubes, et cogis artis legibus obedire; et recusanti praescripta remedia sumere succensas, ac inuis custodes constituis qui voluntatem suam adimplere concupiscentias impediunt. In hoc laudo charitatem tuam, qua huic agroti seruo omnia remedia et auxilia quibus ad recuperandam sanitatem indiget, concilias. Verum si haec in parte laudo te, ex altera valde vitupero. Quando anima tua agrotat, aut tantam illius curam geris? nec Medicum auersere, nec remedia ad eam sanandam praeparare jubes. eam sine auxilio relinquis, non scius ac si esset inimicus tuus, vel homo, quem pessime et cum summo contemptu acciperes. An tibi vilior est, quam unus i domesticus tuus? an salus tua tibi minus chara est, quam sanatio domestici?

* Si. Hom. 58. ad populum.

XXX.

Solis Medicos, qui hunc domesticum agrotum visitant, nec opus est, ut Medicis illis, qui animae curam gerunt tuae, erogas pecuniam neque pro medicamentis, quae tibi praesentantur: sed ipsimet erogant, et quando modestè vivere praecipunt, intempestivis et absurdis te liberant impensis: cum

„ à gula abstinere jubent, opulentiorum te faciunt.
 „ Vis autem videre quomodo Spiritus Sanctus infirmo
 „ medicinas applicat? Si tibi est immoderatus bonorum
 „ mundi desiderium, quam sit illud hominis, qui frigidam
 „ aquam in febris ardentis astu bibere cepit, audi S. Paulum tibi
 * Timoth. 6. „ dicentem: Qui volunt divites fieri, incedunt in tentationem
 „ et in laqueum diaboli. Si voluptates et oblectamenta san-
 „ cti amas, audi eundem Apostolum..... nullum ex necessariis
 „ ad salutem et sanitatis tuae recuperationem remediis omittit.

Supplementum.

82. Nullus est S. Pater, nullus vita Spiritus Sanctus Magister, quorum Scripta repleta non sint praeclaris et solidis documentis circa gravitatem salutis et praecipua eam operandi media. Unde nimis longum foret loca, in quibus de ea locuti sunt, adducere. S. Augustinus haec de re praeclara abolutus est Tractatibus in S. Joannem, libro de vera religione, et de moribus Ecclesiae. S. Paulinus Epistola ad Jovium, et doctus scripta Tractatu de amore Dei.

Cardinalis Bona primâ parte libri de Principiis vitae christianae c. 9. et 16. quaerit unde proveniat, quod quisque salvari cupiat et esse beatus, attamen tam pauci salvantur? et c. 20. differit de iis qui sponte damnantur. Parte secunda ejusdem libri c. 11. ostendit, quod plerique Christiani scientiam salutis contemnant, nec munera sua doceri velint.

83. P. Segneri Sermon. 10. et 13. Quadragesimae differit de difficultate et facilitate salutem nostram operandi, non obstantibus peccatis habitibus, quos contraximus, peccatis quae commisimus, et cupiditatum vehementia.

84. Pater Labata ostendit, quod Deus velit nostram salutem, quod illam omni alii rei praeferre debeamus, quod negotium istud nostram operam exigat et vigilantiam, quod ut ei incumbamus, multa nobis sint vincenda obstacula, quod paucissimi Christiani eadem operam navent, atque haec ratione paucissimi salvantur: Tom. 2. pag. 574. 576. et sequentibus.

5.
Scandalum.

Scandalum activum et passivum,
Bonum et malum exemplum.

Sermo primus.

Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Luc. 7.

87.
Pro Dom. Ado.
et pro Dom. in
fra oct. Ascens.

Nulla unquam legatio majora mysteria continuit,
ac Joannis praecursoris legatio, quam ad Jesum Christum
misit, ut parcunretur ex testimonio, quod de se ipso
parhiberet, an esset ille, qui venturus erat, vel an alium
expectare oporteret.

Tu es qui venturus
es an alium ex-
pectamus?

Quis hominum melius quam ipse, nosse poterat magni-
tudinem et Missionem hujus hominis Dei? Ipsum agnove-
rat, dum adhuc in utero matris sua claudabatur, et S. Am-
brosius assererat, quod haec laetitiae exultatio, quam-
tum patefecit, nihil aliud esset, quam praesensio Divini-
tatis praesentis, quae jam illum praesensabat gratia suis-
proxima Divinitatis afflatu. Praeterea cum idem In-
taxat misus esset, ut videlicet testimonium parhibe-
ret Lumen increato, quid habet simile, quod de Divinita-
te persona vel veritate Missionis ipsius dubitaret?

Sed si haec Legatio nos rapit in admirationem, possumus
dicere, quod responsum a Jesu Christo Joannis Bap-
tista legatis datum non minus mysteriis abundet. Nonis
dicit: ita ego sum Messias a tot jam saeculis expectatus
et non solum videtur probare velle Divinitatem et Missio-
nem suam ex miraculis, quae viderunt et intellexerunt: sed
quod adhuc magis admirandum, declarat beatum illum,
qui non scandalizatus fuerit in ipso.

Estne haec, Domine, probatio fructusve Missionis
tua? val an adeo magnum est peccatum in te scandali-
zari, ut magna mercedis digna sit virtus in istud scanda-
lum ~~lari~~ non lari?

Ad hanc Scandali vocem, duplex species illud esse con-
cipite, unum quod Theologi passivum, alterum quod
activum nuncupant, sed quae ambo sunt flagitiosissi-
mae et injustissima: Nihil est in Jesu Christo, quod no-
bis exemplo et documento esse non debeat: injuste er-
go respectu nostri potest esse objectum scandali. Nihil

Divisio.
88.

orem te facit
lis Mabius
obseratus bon
migi, qui h
audi. S. b
cidunt in l
at oblectant
mulum, ce
nem rancid
n.
ritualis
is et sol
eam p
et de ea
acla a cl
a religio
orum, et
Principis
D. quisque
alventur?
Parti
que Christ
sua boan
gesime
n nostrum
us, quos
yriditatu
velit nos
rasferre
exigat
ta nobis
christiani
amissim
tibus.

agere debemus, quod ad gloriam Jesu Christi non referatur, fratribusque nostris bonum non praebeat exemplum; injustè igitur ipsi et illis ansam praebeamus scandalum ex nobis sumendi. His binis scandalis immoremur, examinemusque quot modis utrumque magna peccata contineat.

Parti^a

Junta mentem S. Augustini Jesus Christus fuit respectu multorum hominum causa et occasio scandalum in duabus praecipue rebus, in veritatibus nempe quas annuntiavit, et in regulis morum quas stabilivit. Veritates quas annuntiavit, nil nisi magnum et supernaturale mentium et sensuum nostrorum captum longè superans continent: Regulae morum quas stabilivit, in speciem nisi severum et deterrens complectuntur, et ubi alii legislatores omni sollicitudine videntur occultare vel demulcere humanas cupiditates, ipse è contrà eas patefacere et impugnare stetit.

Post haec non amplius mirandum est, si multis lapsis et scandalum occasio fuit. Haec mortalium indoles est, ut omnia videre, de omnibus judicare, omnia capere valint; et fides, ^{hoc} ~~ferre~~ non potest. Se ipsos regere, vel saltam moralem commodam et indulgentem, quam amor proprius non aversetur, audire volunt, et hoc legis severitas damnat: sed hoc simul est injustitia et crimen eorum, qui in ipso scandalizantur.

Si de rebus prout oportet, judicare valimus, quamnam ratio ex sua doctrina et magnis veritatibus, quas mundo annuntiavit, scandalum sumendi? an quisquam sine auxilio fidei ad Deum pervenire, illumque cognoscere poterat? Quot errores, quot contradictioes, quot absurditates, antequam Jesus Christus veniret in mundum?

Duce tantum, ^{quod} ~~est~~ via, quibus ad Deum, ^{itur} inquit S. Augustinus, auctoritas scilicet et ratio. An sola auctoritas ad eum ducere nos poterat? Spiritus hominis naturaliter adversus eam rebellet, quando omni alio medio est destituta. An sola ratio illum nobis patefacere poterat? tam debilis, mutabilis, fallibilis est, ut hodie neget, quod cras approbabit. Auctoritas et ratio humana mali igitur duces estis in iis quae Deum spectant.

Verum quid agit Jesus Christus? auctoritatem divi-
nam et rationem humanam simul conjunxit, am-
basque illustribus miraculis tuitus est: et hac admi-
rabili temperatione fides hominem ad certam et infalli-
bilem eorum, quae in Deo sunt occultissima, cognitionem
erexit.

Christus voluit, ut verbis ipsius crederetur, eae autho-
ritas. Veritates, quas nobis patefacit, nihil continent,
quod absolute sit impossibile et incredibile, eae ratio.
Imò addidit: si non creditis iis, quae dico vobis, miris, quae
facio, operibus credite, eae miracula. At verò quid iniquius,
quam de tam sapienti agendi ratione scandalizari?

Ante adventum Jesu Christi erroris et ignorantia
tensbra nobis veritatem occultabant. Philosophus ille, ^{39.} Aristoteles
cujus nomen adeò celebratum est, in unum Deum credidit,
sed tam iniquam opinionem de eo habuit, ut ridicula sen-
savit cum de summo coelo ea ordinare quae hic in mundo
peraguntur non posse, et tam parum libertatem huma-
nam cum praesentia divina conciliavit, ut vesano coe-
ci et necessitantis fati arbitrio ea, quae in terris fiunt,
permittat: Et ille alius in suis ideis adeò perspicax, ut ^{Plato.}
divinus vocatus fuerit, attamen adeò parum distincta
de divinitate differit, ut ipsius discipuli sine non pe-
tuerint, an re ipsa Deum cognoverit nec ne.

Gratias tibi immortales, ô Deus de Deo et human ^{90.}
de lumine! Tu nobis hanc attulisti veritatem, atque
à tenebris, quibus involuta erat, erixisti. Quae ergo
nobis causa ex tua doctrina occasionem lapsus ~~scanda-~~ et scanda-
li sumendi? An fortè quia evidentiam, quam in illa de-
sideramus non habet? Quia plerumque fidei et mysterio-
rum quas adoramus, veritates nobis videntur incomprehen-
sibiles? Sed meminerimus, inquit S. Augustinus, oculum nos-
trum agrotasse, et sicut medicina debiles oculos sania
obligat, ut in obscuritate roborati, postmodum objecta
clarius intrare valeant, oportuisse ad sanandas agro-
tas mentes nostras, ut magnus quidam Medius à coelo
descendens eas sania fidei obligaret: conditio sine qua
divinitatis splendorem nunquam sustinissent. An fortè
quia mentes nostras adhuc inquietas et vacillantes efficit?
Sed abiit à nobis, ut illi tribuamus, quod à sola nostra de-
pravatione et scandalo provenit. Quod scientia praetensos

sublimis ingenii viros illos continuo turbat et agitatur, non miror, animo vero hic est effectus illi proprius: Sed an eadem est ratio fidei et veritatum revelatarum? minime profecto, quin e contra mens nunquam magis quiescit, quam cum eas suscipit cum pia illa docilitate, quam exigunt.

Tum res cognoscit, quales sunt, et prout Deus ipsasmet illas cognoscit. Tunc sine studio, sine longis et molestis speculationibus minus docti et minus apti ad humanas litteras, longe plura sciunt, quam ii, qui apud antiquitatem ethnicam valent scientia prodigia habiti fuerunt.

Quod Iesus Christus Euleria sua revelavit, quod prophetae, Apostoli, et Sancta Concilia definitum, per totam terram receptum est, mundus prius incredulus, id credidit. Qui quidpiam orthodoxarum veritatum immutat vel detrahit, is capiat esse fidelis, solaque submissio illa quae eis exhibetur omnem animae quietam et tranquillitatem constituit.

91 Nihilominus quot hominibus haec submissio est causa lapsus et scandali? Inde illa ambiguitates et arbitrarij sensus. Inde dubia illa, maligna praecipitationes, interpretationes coacta et falsa. Ad arbitrium suum S. Scripturam inflatere volunt, et hoc ipsis ex sententia cadit, tum se contrariarum opinionum ventis permittunt, atque, prout loquitur Apostolus, in fide naufragium patiuntur.

Lumen istud, quod non nisi in caliginoso loco luet videre volunt, ac si in meridie splenderet. Cum tanto tremore ~~revere~~ revereri debent, quod sub sacris Sanctuarii velis absconditum est; at ipsi veritates videre volunt fere sine nube et ulla obstaculo. Inde Schismata illa et haereses, visibiles Separationes a fidelium communione et centro unitatis Christianae, vel desertionis interna, et variationes fidei.

Infinita tua Majestatis est, omni Deus, te supra mille res, quae intelligentiam nostram superant, evahere, ac nobis dicere, si non creditis, non cognoscatis, et nihilominus hujusmodi homines volunt cognoscere, ut credant: et cuperent ut Religio, quam profitentur, omnino evidens appareret, quod facilius fidei suae certitudinem efformarent. Quanta perversitas, quanta scan-

dali malignitas! An hoc homagium est illud perfectum et sincerum, quod humanus intabectus Creatori Domino suo prestare tenetur?

Fides haec humilia mysteria proponit, et ipsi non nisi 92. gloriosa et illustria cuperent. Quemadmodum Philosophi Platonici ardentiorum Dilanti Discipuli volatum illum admirantur, quando statim in initio Evangelii, non prius ad tam sublimem ~~cognitionem~~ cognitionem preparatis manibus ait: In principio erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum: Sed libenter quemadmodum illa, deterrerantur et scandalizarentur, quando addit: Quod hoc verbum caro factum sit, et habitaverit in medio nostri. Hoc saltem scandalum fuit quorundam in primis Iudaeis Saulis haereticorum.

Equidem ad haec impietatis et blasphemiae extrema non deveniunt: Sed quia haec humilia et laboriosa mysteria ad carna, quae ipsis non placent, munera obligant, cuperent alia invenire, quae amorem proprium damularent, et quae cupiditati tam magnum non inenterent terram. 93.

Fidem enim voluptate suscipiant, dummodo nullas contineat veritates pro spiritu humiles et pro corde austeras. Cum pia docilitate acerbam Jesu Christi mysteria suscipiant, dummodo ab iis exemplum capere non temerentur: at quia fides ista simpliciter in speculatione non consistit, sed in proxi, quia haec mysteria sunt tot exempla, ad quae se conformare tenentur: cum ea proponens dicit: Exemplum dedit vobis, ut quemadmodum vidistis me facere, ita et vos faciatis: quia haec fides et mysteria ipsos subjiciunt expletioni legis, cui proprium est mortificare passiones, carnem crucifigere cum suis vitiis et concupiscentiis: scandalizantur in agendi ratione, quae ipsis tam severa videtur: id quod agere oportet, separant ab eo quod credere oportet: Jesu Christo omnia humilitatem suam et dolores relinquunt, nec iis participant nisi frigida et sterili commiseratione, et si humeris suis lignum suae crucis imponit, recedunt, ne et ipsi illud suscipiant, hoc enim si serio attendere valimus, verus hujus scandalii est character.

Regius propheta verbum protulit, quod magnum san- 94. sum continet: Domine qui diligunt legem tuam, non

non multa di-
ligantibus legem
tuam, et non est
illis scandalum
Gal. 118.

scandalizabuntur in ea; ^{contra} eam cum omni debita submissio-
ne suscipientes magnam in ea tranquillitatem et pacem
inveniant. Meditantur hanc sanctam legem, eam in ma-
nibus suis abscondunt, eam ponunt super brachia sua
et corda tanquam signaculum. Tantum abest, ut in ea
quidpiam inveniant, quo offendantur, mille tibi gra-
tiarum actiones referunt, quod ipsis mandata imposue-
ris, à quibus recedere non possent, quin in se ipsis furio-
sas perturbationes sentiant.

98.

Et sana quid esset, si in societate et communi mun-
di usu Doli, mendacia, perjuria, falsa testimonia
licita forent; si in vita tranquilla, quam homines in-
ter se se dicere tenentur, homicidia, execrationes,
calumniae, vindicta tolerata essent? Si in matri-
monii, qua contrahuntur, vaga libidines, infidelita-
tes, adulteria valut lepores venia digni haberentur?
Si in administratione justitiae falsa, dies antiquio-
res perperam adscripti, exactiones, furta, vexationes
reciperentur valut levas culpa, astutiae, ingeniosae
et inobis momenti subtilitates?

Quis ergo in lege Domini scandalizatur? Avarus
ille et univarius siliis, in ea enim scriptum reperit,
non concupisces bona proximi tui, non coacerabis the-
sauros super terram, non potes Deo servire et Mamona.
Si fratri tuo pecuniam vis mutuo dare, gratis id fa-
cito, nec quidquam propter summam, quam ei mutuo
dedisti spera.

Effrenatus ille et impius in ea scandalizatur, qui
dies Dominicos et festos in perversis laetitibus transigit,
qui Religionis suae munera aequè parum cogitat, ac
si nulla essent; qui ex Templis nostris condita loca
facit, atque scandalosas irreverentias committit, nem-
pe in ea scriptum reperit: Memento diem Sabbati sanc-
tificas, cave ne domum patris mei negotiationis
domum facias: Si quis Templum Domini violaverit,
illum perdet Dominus.

Itaque ille voluptuosus et ebriosus, qui ex ventre
suo Vatum facit, qui cibis et vino se ingurgitat, qui quo-
tidie epulatur splendide; nampe in ea scriptum legit:
homines voluptuarii et sensibus dediti non possidebunt
Regnum Dei. In ea intratur horribilia tormenta di-
vitis epulonis in inferno sepulti, et qui ex hoc supplicio

aloco
cum oculos in coelum attolens, ut ab Abraham unicam aqua
guttam petat, non aliud responsum ab eo accipit nisi istud:
Multi bona recepisti in vita tua, Lazarus vero multa mala
passus est: nunc autem hic mirè consolatur, tu vero dicit con-
ciaris.

Hae sunt, omnes ceteris, diversa capita in quibus sa- 97.
culi homines hodiernum adhuc scandalizantur, prout
illi qui aetate Jesu Christi vivebant, is scandalizabantur.
Si avaris intonam alienationem à mundi bonis, infor-
tunia, quae divitiarum amor post se trahit, obligatio-
nem dandi eleemosinam praedicebat, dividebat eum. Avari dividebant
eum
Si adolescenti dicebat, quod si perfectus esse cupiebat,
oporteat, ut bona sua venderet, atque pecuniam ex eis
acceptam pauperibus distribuere, ipsa tristis recedebat,
cum firmo proposito id non exequendi. Si pharisaeis ex-
probrabat mundales ipsorum injustitias, quas pietatis
velo tangebant, falsam et barbaram ipsorum devotionem,
sub cuius praetextu orphanorum et viduarum bona devo-
rabant, malignam ~~molitionem~~ diligentiam, quam adhi-
cebant in mundanis exterioribus paropsidibus, dum intus pla-
rea erat immunditias et sordibus; simulatum eorum stu-
dium in servandis exiguis legis manseribus, dum praecipua
illius mandata perfundebant, praè invidia et rabia intus
dissecabantur, exterius vero in imprecationes et blas-
phemias erumpabant, atque invidiam studabantque eum q. populum
perderent.

Lax Dei mei, quia sancta es atque peccatum odisti,
ideo iniquis es occasio scandali: quia quidquid Dei et pro-
ximi jura laedit, damnas, ideo te ferre non possunt. Sua-
vis es, et furibundi adversus suavitatem tuam insurgunt;
patiens, et turbulenti moderationem tuam vitupa-
rant; casta, et impudici adversus minas tuas indur-
vantur. Nobis charitatem et amorem fratrum nostro-
rum, sincerum saeculi vanitatum et gloria nostra
contemptum, animae integritatem, et magnam in
omnibus actionibus nostris et cogitationibus intantio-
nis puritatem inspiras, idque sufficit ut sis sibilis ex-
posita necnon censuris aut contradictionibus pecca-
torum.

Beatus hac ratione, qui non scandalizatus fuerit in
ta, et hac eadem ratione infelices ibi, qui ex te sibi scan-
dali causam faciunt. Verum an hoc sufficit, ut quis hac

beatitudine fruatur? Non, sed oportet, ut cum tanta circumspectione et moderatione se gerat, ne ullam fratribus suis tribuat scandali occasionem; hujus rei rationes in hac secunda parte examinemus.

Pars 2^a
98.

Quando Jesus Christus ait, quod necesse sit esse scandala, et quando immediatè addit, ut illi per quem haec scandala veniunt, binas nos docet veritates. Prima, quod, cum propter venustatem mundi in ordine naturae oporteat, ut dentur creaturae, quae qualitatibus omnino contrariis sint praeditae, ita etiam propter venustatem ejusdem mundi in ordine gratiae necesse sit, ut dentur homines multum diversi characteris; mali et boni, habitatores Babylonis, et cives Jerusalem, homines quorum virtutes nos excitant, et alii quorum vitia nos excruciant.

Secunda, quod in hac diversa spirituum affectione magna emolumenta colligenda sint ex proclavis et eximius virtutibus aliquorum, sed quod, cum alii ad nihil aliud sint, quam ut se ipsos depravent, et fratres suos in perditionis abyssum trahant, non nisi infortunia praedicanda sint illis, per quos haec scandala eveniunt, ac peccati regnum perpetuatur.

99.

* De vera Religione c. 6.

Ecclesia omni tempore magna emolumenta percepit ab iniuriis, qui eam adole hunc, et adhuc hodie percipit, ait S. Augustinus*. Si Idololatras eam persecuti sunt, tum per ipsos illius fortitudo, intrepiditas, magnanimitas magis fuerunt manifestatae: sine ipsis tot martyrum millia non haberemus, qui Religionem tanto honore affecerunt, atque proprio sanguine suo veritates orthodoxas obsignarunt.

Si Haereticus quosdam fidei nostrae articulos impugnaverunt, Ecclesia ipsorum obstinatione usa est, ut paulum faceret puritatem et infallibilitatem doctrinae suae: an sine ipsis tot proclavos libros et docta Scripta, quibus refutati fuerunt, haberemus?

Si Schismatici se à Simi ipsius separaverunt, ipsa separatione eorum usa est, ut sublimiorem stabilitatis et unitatis suae ideam relinqueret: sine ipsis non tam firmiter sentiamus firmiter nobis persuasam haberemus ac habemus elegantiam et prout loquitur S. Ambrosius, virginitatem fidei nostrae.

Si Judaei, qui eam ferro non potuerunt, eos, qui à partibus ipsius stabant, è suis conventibus expulerunt, atque tyrannis tradiderunt; contra ipsos propria eorum arma adhibuit: filius libera è domo paterna filium ancilla eiecit, olea hortensis insita fuit in oleastro, veritas umbras dissipavit: et si contra nos libros suos, qui totius orbis sunt vetustissimi, protulerunt, ad nihil fuere, nisi ut cocerent et malignam eorum obstinationem circa divinitatem et Missionem Jesu Christi magis patefacerent.

Haec ratione omnes, hi Ecclesiae inimici si etiam 100.num invitati utiles fuerunt; at an idem dici potest de illis perditionis filiis, scandalosis viris, iniqua vita mulieribus et pueris, quos et quos adhuc in Sinu suo continet? Tantum abest, ut ab iis emolumentum aliquod capiat, errorum flagitia, quibus se tradunt, illam verecundiam et pudore suffundunt. Tantum abest, ut ex libidinibus ipsorum commodum aliquod haurire possit, verisimile est, *Pugna mea testimonium dicitur contra ipsam.* quod hic pugna sint, qua testimonium dant contra ipsam. testimonium dicitur contra me

Aethi Religionis contemptores, viri diversa à nostra communionis, perperam in hanc sanctam et castam matrem rejicitis vitia, quae ipsa prima condemnat. Quae coeca impietate ei imputatis peccata, quae tantopere exhorret, ut nunquam se reconciliatura sit iis, qui ea perpetrant, nisi pià et exemplari conversione mala exempla quae fratribus suis praeberent, reparant? nisi postquam ipsis odor mortis ad mortem fuerunt, ipsis sint odor vitae ad vitam?

Apud hos scandali viros at mulieras non est nisi terribilis bonorum sterilitas, maledicta foecunditas, et fatalis criminum perpetuitas: Quò longior est vita ipsorum, eò plures corrumpunt homines et saevum in praecipitium trahunt.

Sunt, inquit S. Joannes Chrysostomus, Diaboli incarnati, qui ita tentant homines, ut vix se laqueis ipsorum expedire valeant. Sunt, inquit Origenes, sepulchra aperta, ex quibus non nisi veneficus foetor egreditur: circumstantia, ob quas Jesus Christus dixit: malius fore, ut suspenderetur mola asinaria in collo suo, et dejereretur in profundum maris, quam ut vel minimum ex fratribus suis scandalizarent.

Hoc parum cogitatis iniqua vita, viri et mulieres, imò nec vix cogitatis. Non nisi de propriis peccatis vestris vos accusatis, eorum, quae vobis auctoribus aliis committunt per mala exempla à vobis eis data nullam iustitiam rationem, et raro accidit, ut cum Rege poenitente

* Ab occultis meis Deo dicatis: ab ignotis mihi peccatis munda me Domine, et ab alienis, ad quae operam meam propria culpa contuli, parce seruo tuo.

103.

103.

Quis possit hinc terribilem illam criminum multitudinem explicare, quae scandala progignunt, et quot modis perpetuantur? In duos vel tres, quae obitor sunt acat recensere mihi sufficit. Malum quis agit, quod alios agere videt modo per propensionem, modo per incondantiam, modo per obsequentiam:

104

* lib. 2. de Apolog.
David

Per propensionem, naturaliter ad peiora facimur, et si pudore vel metu retrahimur, postquam mala exempla, quae videmus, haec duo repagula perforegerunt, cum voluptate propensionem nostram sequimur, inquit Sanctus Ambrosius*. Infantes faciunt, quod fieri vident, et perniciosa, quae ipsis dantur, exempla sunt veluti pauata originalia quae de Stigra in Stigrem perpetuantur.

105.

Per incondantiam, rariis est ut semper nobis attendamus prout oporteret, sive ex defectu experientia vel boni propositi, tamen nos in laqueos, qui occurrunt, conjicimus, et tanto minus molestas consequutiones quibus implicamur, praevideamus, quod multi eorumdem, quae committimus, peccatorum reos se etiam efficiant. In ramore aliquo ingens ignis accensus est, si paulò vehementior flat ventus, propinquitas arborum, quarum rami se invicem tangunt, non terribile incendium procreabit.

106.

Per obsequentiam, amico, consanguines viro, quorum bibimus et manducamus displicere non audeamus, unde est, inquit S. Joannes Chrysostomus, quod quamvis Deus filiis Israël promisavit terram Chanaan, tam^{an} ex sexcentis hominum millibus duo tantum illam ingressi sunt? hanc benedictionis terram omnes ardenter desiderabant, omnes, prout videtur, promissum Domini vadis loco habebant, attamen soli Josue et Caleb eam ingressi sunt.

Plures hujus rei rationes afferri possant, sed en eam, quam affert laudatus S. Doctor.

107.

Deus Balistinam respiciebat tanquam regionem, in qua volebat ut coleretur ipsique serviretur. Si Hebraei, qui longo tempore cum Aegyptiis vixerant, qui illorum

Sacrificia et abominandas Superstitiones Sapius viderant, qui ipsorum morum perversitatem noverant, imò qui plures ad eos imitandos tentati fuerant: Si, inquam, Hebraei isti Palestinam ingressi fuissent, perniciosorum horum exemplorum impressio, Scandalosorum harum impietatum imago ipsorum imaginationem faciendo ipsos depravare potuisset. eos narrare potuissent filiis suis, et hac ratione horum idololatrarum crimina apud populum electum perpetuata fuissent.

Hæc ergo erat, inquit S. Chrysostomus, ut ex ingenti illo hominum numero, qui fuerant in Ægypto, nullus terram promissionis ingrederetur, ne ii qui eam occupare debebant improbos Magistros haberent, qui familiaribus narrantes quæ vidissent et audivissent, ad peccatum eos inducerent. Solum Josue et Caleb à Deo electi fuerunt, ut eam ingrederentur.

Patres et matres, hæc et hæc, vos omnes quorum actiones observantur, gressus et verba examinantur: hinc dicite vos separare à perniciosis consortiis illis, in quibus vitium docetur, atque Magistri in cathedra perfacta sedentes aliis præcepta talia dant, quibus communiuntur, ne ipsimet corumpamini et in vestras familias et domos, quas intraveritis insanum, quem respiraveritis, aërem deferatis. 108.

Hinc dicite, quod ordinariè quis dolosus efficiatur cum mendacibus, perfidus cum proditoribus, blaphemus cum impiis, haluator cum abriosis, temerarius cum stolidis, fur cum avaris, invidus cum amulis, detraitor cum maladiis, iracundus cum furibundis, verbo, iniquus cum iniquis, atque cum perversis perversatur.

Hinc dicite vos puellas et mulieres, quod nisi vobis præcaveatis et continuo attendatis, desideria vobis suam inertiam et molitiam inspiratura, vana et lusu addicta ad sumtus vos inductura qui ad incitatus vos redigent, amatoris blandimentis dedita vos ad consortia tractura sint, in quibus modestia et pudor vester lædetur. Uxor Jeroboam officiat hypocrisis, uxor Job impatientes, uxor Samsonis perdidit, uxor David cavillatrix, uxor Putipharis abuterat. 109.

Hinc dicite, quod peccata, quæ alii perpetravit, in impotentur, qui ad ea quoque modo operam contulerunt sive improbis exemplis, quæ dederunt, sive panni- 110.

iosisi consiliis, qua suggererunt: imò quòd certis occasio-
bus utile sit abstinere à licitis, ne debiles iis scandali-
zantur: quòd ubi quis conscientiam habet paulò Sehe-
tioram, evitare debeat consortium quarundam perso-
narum quia, quamvis fortè sine peccato tamen apud ho-
mines in bono opere non sunt.

iii.

Hinc diserte illos et illas, qui improbam ducunt vitam,
non modò à cordibus vestris excludere, sed et ipsis januas
vestras claudere, ne vos corrumpant, vosque vicissim
alios corrumpatis. Loth januam suam clauserat Sodomiti-
tis, et Deus ipsos à minimo usque ad maximum cocuta-
ta percussit: domum ipsius querebant, sed nunquam
eam ingredi imò ne quidam invadere potuerunt: Quantas
abominaciones in ea non commisissent, si janua ipsis
aperta fuisset? Claudite vestras viris et mulieribus Scan-
dalosis: Sunt coeci, qui nisi à Deo convertantur, in abyssum
se dejicient, ita vos gerite, ne vos secum in eam trahant:
hujus à Deo gratiam postulate.

Scandalum Sermo Secundus.

Pro far. 3. Secundus
hadom in duabus.
112.

Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab homi-
nibus. Matth. 23.

Dua peccatorum species, quamvis illorum caracte-
res sint diversi, aequaliter anathemate feriuntur in
Evangelio; hypocrita scilicet et scandalosi: ii qui fal-
sas virtutes ostentant, et qui mala exempla praebent;
qui fatua sui ipsorum aestimatione ebrii volupe ha-
bent, fratrum suorum aestimationem circumvenire fas-
tuosa bonorum operum ostentatione; et ii, qui nec con-
scientia sua nec fama curam gerentes parum solliciti
sunt, si quales sunt videantur, atque in omnia loca,
ad quae veniunt, iniquitatum suarum contagionem
deferant.

* ibid* ibid.

» * Va vobis Pharisaei hypocritae, qui devoratis do-
» mos viduarum sub praetextu, quòd longas orationes
» oratis, va vobis. Sunt homines, inquit Jesus Christus,
» qui omnia opera sua faciunt, ut videantur ab homini-
» bus. Haec ratione affectant gestare super vestes suas
» phylacteria dilatata, in quibus verba legis scripta con-
» scribuntur et habere longiores fimbrias: cavete, ne horum
» fraudulentorum fomento corruptabini.

Matth. 18.

*Necesse est, ut veniant scandala, verumtamen va
homini, per quem scandalum venit; addit alibi Jesus Chris-
tus;] expediret ei, ut suspenderetur mola asinaria in collo u
ejus, et demergeretur in profundum maris, quam ut proximam u
suum scandalizaret, et si tantum parvulus infans esset: ca-
vate ab his publicis partibus.

His binis peccatis quoniam remedia afferri possunt? 113.
Ea nempe, quae Jesus Christus ipsemet designavit, huius
hypocriti magna animi simplicitas et sincera intentio
soli Deo placendi: Huic dissoluta et scandalosa vita
sapientis pia et exemplaris agendi ratio. Ex una parte non
vult, ut opera nostra faciamus ex consilio quatenus vide-
antur ab hominibus; Sed ex alia etiam non vult, ut
ea occultantes illis auferamus rationem ex eis bonum
exemplum capiendi.

Terre non potest ut externa fallaci specie omnia
tribuamus, quò mundo placere possimus: Similes esseamus
Nembroth, qui publice servum veri Dei se profitebatur,
et secreto ignem prophanum adorabat. Nec etiam terre
potest, ut ex ignavo timore vel ex aliis politiciis ratio-
nibus nos occultemus, velut turba illa, quae quamvis
fideles, non tamen audebant illum sequi et se pro ipso
declorare: vult ut lux nostra coram hominibus luceat,
quatenus à nostris bonis operibus exemplum capiant, et
Pater coelestis honoretur.

Cajetanus in
Genes. et glo. p. a.

Oportet, ut nos utiles efficiamus iis quibusum vi-
vimus; et magnum arcantum ipsos optimis officiis reme-
rendi in eo consistit, si namque ^{per} bona ~~opera~~ exem-
pla ad Deum ducamus, prima propositio. Tenemur Deo
gloriam quam meretur, conciliare, et vera id facien-
diratio est; si piam et exemplarem vitam ducamus,
secunda propositio. Si in bonis operibus quae facimus, hunc
finem nobis proponamus, tunc haec duo munera adim-
plemus.

Divisio.

Si probè animadvertatis, Fratres mei, qualitas
Christiani quam ~~geritis~~ geritis, à vobis duo exigit,
primum, ut omni possibili conatu studeatis proximum
vestrum ducere in viis salutis, eumque ad illas re-
vocare, ubi ab illis deflexerit: secundum, ut illum
conspiciatis, ubi in peccato suo obstinatur, quatenus à
suis aberrationibus paulatim revocetur. Atqui tuncor,
quòd his duobus muneribus haud fungi valeatis, nisi

Pars I. ma
114.

is quibuscum vivitis bona exempla praebeatis.

115.

Fateor equidem Deique operari animarum sanctificationem, virtuti auctoritatem, quam habere debet, tribuere, atque hominibus odium et magnum paventi horrorem inspirare. Ministri Domini, equidem plantare, irrigare potestis, sed ipsius solius est dare incrementum et vitam.

Nihilominus fatendum est, quod saepe Deus immediate nihil ex se ipso facere velit, quod certa quaedam humana media adhibeat ad finem sibi propositum obtinendum, et quod unum ex his efficacissimis mediis sit pia et exemplaris vita proborum; vita, qua monstrat virtutem, eamque inspirat, qua eam sustinet et protegit, qua eam à malis suspicionibus et malignis judiciis, per qua nimisquam frequenter ignominia afficitur, vindicat.

Quam gratum Spectaculum pater devotus et timens Deum suis filiis exhibet, quando vident illum ad omnia sua Christiani munera assiduum? quando, quin domestica negotia sua negligat, singulis diebus de mane attollit oculos suos et manus ad Dominum; et quod vespere congregans exiguam familiam suam, unacum ipsa preces suas parat, nihilque ita cordi habeat, quam piam illorum educationem, quos Providentia cura sua commisit? Quantum aliorum scandala clades inferunt Principibus iniquos dando subditos, atque prima pietatis et religionis sensa in omnibus iis, qui illorum sunt Spectatores destrunt; tantum ipsius bona et pia exempla proximum ducunt in viis salutis virtutemque ipsi amabilem efficiunt.

116.

* In incarnatione
vita
Moysis.

S. Gregorius Nyssenus hanc in rem memorabilia annotat*. Quare cur Moyses cohortatus Judaeos ut ambularent in viis Domini, ipsis dicat, ut attendant ad Abraham patrem ipsorum? An non convenientius fuisset ipsis dicere: Ecce lex, consulite meditemini eam, facite quidquid vobis praecipit, et sollicitè de veritate quidquid vobis prohibet? Profectò poterat oculis ipsorum exponere has divinas tabulas; poterat, ut alibi fecit, hac ratione ipsos ad officium suum revocare: verum quia à communibus viis illis, quas ambulare tenebantur, recesserant, quia

praecepti legis hujus articuli malitiosè ignorabantur, vel pravus eisdem affectis sensibus depravata erat, oportebat ipsis ostendere vicium, cuius Sancta vita velut lex animata eos doceret, quid omni remota aequa exceptione agere tenerentur.

Qui inter densas obscuras noctis tenebras, vel inter furentes, quas venti in longâ navigatione excitant, procellas, à viâ suâ deflexerunt, et quò tendere debeant vix norunt, jam quodammodo consolationem accipiunt quando humani ~~vident~~ aliquod vident, atque versus illud navem suam dirigunt, ut viam suam relegant et feliciter ad portum perveniant.

Atqui hoc ipsum est inquit S. Gregorius Nyssenus, defectu legis ignorata, vel iniquis sensibus moribusque iniquioribus depravata. Isaias arbitratus est quòd favere deberet exponendo Judaeis pia et exemplaria Abrahæ opera. Quantus Dei et proximi amor in magno hoc viro! Quàm prompta et vasa obedientia! Quanta cura semper ambulandi coram Domino, et perfectum se efficiendi! Quantus timor ipsi vel in minimo displicendi! Quàm pia sollicitudo peregrinis obviam eundi, pedes ipsis lavandi, ipsis azyllum amplèmq; in suis necessitatibus alimentum tribuendi!

Lex est Sancta, verum est, sed illius diversa capita vasta sunt. Aliqui ea ignorare volunt, vel ea adhaerere negligunt; alii eam ad arbitrium cupiditatum, quae ipsis dominantur, explicant. Sunt qui debilitates suas obtendunt; alii ipsius praecepta contemnunt. Quid tunc agit probi veri exemplum? velut data manualios in viis salutis ducit. Si lex obscura est, ipsius exemplum illam explicat; si perplexa, ipsius exemplum illam evolvit; si difficilis, ipsius exemplum illam facilem reddit.

117.
Bonum exemplum istud est velut generalis responsio omnibus objectionibus, quae fieri possunt. Bonum est, dicatis, parcere inimico, verum est, sed paritate iis qui vos offenderunt, videte eos qui peccaverunt: legem adimplendo inducetis proximum vestrum ut suis inimicis parcat.

Regè vos jejuniis mortificationis: Satisfacite praecepto Eulæria, qui vos videbunt jejunare, embasient,

quod vos non imitentur, vel saltem videbunt hanc legem nihil impracticabile continere.

Iniquitatis commerciis renunciare, se in perpetuum abalienare à creatura quam ad suorum dilectionis, vestro officio illicitas devovere voluptates, castitatem sectari, postquam per plures annos vitam voluptuosam et lascivam duxistis, hoc est quod lex præcipit, sed hoc etiam est, quod cupiditas ferre non potest: quodnam contra illud remedium? Vis bonorum operum exemplorum quæ cernitis, aut eorum, quæ proximo vestro præbatis.

* Serm. de Nativitate.

Sicut enim Daemon suos ministros habet et procuratores, quibus utitur ad decipiendos homines usque ad peccatum inducendos, inquit S. Leo Papa*, ita etiam Deus suos habet, ut illos ad virtutem inducat, quorum vult salutem, opponens vitam vitæ, vitam exemplarem et irreprehensibilem vitæ dissoluta et scandalosa, volens per semetipsum et illos facere, quod se solo facere possit, ipsos animans gratis suis, atque replens spiritu suo, et ut cum S. Scriptura loquamur, efficiens illos

protector protectores eorum quos Christus salvos facit.

Salvationum Christi sui. 113.

Quid præcipue ad conversionem S. Augustini contulit? In non melius quam ab ipso me rescire valeamus. Modò ait quod exemplum sibi à Simplicio relatum ejusdem celebris Oratoris, qui se converterat, vehementer illum urserit ad eum imitandum. Modò aperiebatur. inquit: ea parte quæ intenderam faciam casta dignitas continentia, serena et non dissoluta hilaris, honesta blandiens ut venivam, neque dubitarem, et autandem ad me suscipiendum et amplectendum piis manibus planas gregibus bonorum operum. Ibi tot pueri et puellæ, ibi juventus multa et omnis ætas, et graves viduæ, et virgines anus, et in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fecunda mater filiorum. Et invidabant me in visione exhortatoriâ quasi diceret, tu non poteris quod isti et ista? an non Dei gratiâ adjutus tibi vim sanctam inferre poteris? nihil timeas, tibi strata est via, illam tibi monstrant, Deus non te deseret.

Hæc sunt sapientia consilia, quæ bona exempla, quæ videntur inspirant. Hæc, Fratres mei, proximo vestro præbere debetis, si christiane illum diligitis, et aliqua

Salutis ipsius vobis est cura: Hae etiam sunt, quae innumerari
probi homines vobis praebent ad Seriam salutem vestram ope-
ram navandam. Quid efficacius, et cui haec bona exempla
comparabo?

An suavi unguento, quod exhalans odorem eo totam
domum replat? prout dictum fuit de unguento Magda-
lenae, quando piceidem, in qua erat, aperuit; idque ex-
patebat. Sponsa Canticorum quando ad Sponsum suum
ajebat: Traha post te uremus in odorem unguentorum
tuorum.

An magneti, qui ferrum, ut ut grave sit, ad se rapit,
illudque propriam suam naturam oblivisci facit? Fer-
rum hoc isidit isti valido iudicio, inquit vetus quidam
Scriptor*, et certa quadam Sympathia, quam admiramus
nec explicare possumus, ad hunc lapidem accedit, et non
obstante gravitate sua ei adhaeret.

An halitui, qui ab ora vivente ad os mortuum transit,
cique paulatim vitam reddit? De Eliseus, facit ingratiam
mortui pueri. Servus ipsius prius baculum ipsius ^{potuerat} super fa-
ciem pueri, sed inutiliter, quia nec motus nec sensus, nec
ullum vitae signum in eo apparuit: accedat propheta,
accedat, halitus tuus faciat, quod baculus legis facere non
potuit.

An vestimento, cuius calor usque ad corpus transit ad
ipsum calefaciendum? haec comparatio, qua utitur Elia
apud Job, quando ait: Nonne vestimenta ^{tua} calida sunt?
cum perflata fuerit terra auro. Iste est Sensus Speri-
tualis, quem S. Gregorius his verbis tribuit*: Halitus divi-
ni Spiritus qui penetrat terram hominis, hic est ventus
ille australis, qui ipsi percussit frigus auferat, ut ei sua-
vam calorem tribuat, et vestimenta illa quae ab ipso
calefiunt, sunt exemplares virtutes illae, quae acciden-
tes ad ipsas calefaciunt.

Id ipsum paulo ante significaverat in sensu minus
figurato, cum dicebat: Homini, qui similis tibi est, nota-
bit impietas tua, et filium hominis adjuvabit justitia
tua. Si debilis est, haec virtutes, quas videbit, ipsum in
sua infirmitate sustinebunt: Si inter bonum et malum
mutat, ipsum inducent ad eligendum bonum, vel si hunc
effectum non proferunt, ipsum reprehendent, omnemque
excusationis causam ipsi toleant: Secunda boni exempli pro-
prietas.

Nam advertite, amabo, quod sicut datur correptio ver-
bi, ita etiam datur correptio exempli. Una aures facit,
altera usque ad cor transit, una bonum habet, qui exi-

119.

Replata es do-
mus ex odore
unguenti.

* Cedit et patitur
mors, trahitur
namque a lapi-
de magnete.
Plinius lib. 36.
c. 16.

* lib. 27. moral.
c. 22.

* Job. c. 38.

120.

tat, altera ut ut muta sit vocem habet quae ad virtutem tra-
hit, vel ruborem inuitit.

Corruptio verbi bonos effectus parere potest, sed ut
proximo utilior sit, ^{oportet} ut boni exempli corruptione fulta
sit. Driorem facere quandoque non tenemur; an infer-
rior Superiorem suum reprehendat, et an vir, qui nul-
lam habet auctoritatem in Magistratum vel in eos,
qui ⁱⁿ eminentiori adhuc gradu sunt constituti, eis dicat,
male agitis! Oportet esse Joannem Baptistam ad id
Herodi dicendum, oportet esse Nathan ad id Davidi di-
cendum, et quidam sub ingeniosa parabola involvit pru-
dentem, quam ipsi facit, admonitionem.

Inter has duas Diversas correptiones corruptio boni
exempli hoc habet commodum, quod virtus ipsamet,
quin loquatur, reprehendat et carpat; in ipsa sua modes-
ta simplicitate quidpiam continet tanta veneratione
dignum et adeo imperiosum, ut nemo sine rubore obiste-
re possit, nisi prostibuli frontem habeat, atque in suo
seclere obturatus sit.

Vestis mea, intuitus et gressus mei ruborem vris in-
cutiunt, quando prodeco, inquit olim Tertullianus: Illi
ipsi qui Christianos non diligunt, ipsos tamen admi-
rantur, et idololatra qui alterius idololatrae censuras
ridet, certam quadam observantiam prosequitur pios mo-
res, quos in viro, qui sectam suam omnino contrariam
sequitur reprehendit.

Et hoc est quod vehementius commovet Ethnicos,
atque magis ad se ipsos redire facit, quando dissolutam
vitam suam cum exemplaribus primorum fidelium
virtutibus comparabant: Hic inter plura alia retu-
lisse sufficiat, quod S. Basilio accidisse nostri Anna-
les Euleriartii memorant*.

Cultui Idolorum humo parè addictus erat, et in-
consulto quodam furore adactus eos omnes contem-
nabat et odio prosequabatur, qui partes suas non se-
tabantur. Cum interim Thebas cum majori parte exar-
tis Licinii ingressus fuisset, nihil ita admiratus est,
magisque probavit, quam quod vidaret homines, qui cum
urbanitate, comitate ac charitate, quae ipsum demulserit,
militibus omnis generis cibaria afferbant. Tam ex-
traordinaria agendi ratio ipsum adiecit, ut quaereret, qui

* Metaphrastes
Sur. at Baron.
ad an. 316.

nam essent homines illi, cumque ipsi responsum fuisset, esse Christianos, quibus volupe esset omnibus benefacere, induit ipsum vita hactenus acta, et ipso momento Christianae Religionis nomen dare statuit: Ades mantem commovet proximi bonum exemplum, tantam illa et illa quae talia fratribus praebent suis auctoritatem et jus censura in eos habent: Sunt Elias Achaborum, Abigail Nabalorum, Sara Agararum, Daniel falsorum testium, Moyses Aegyptiorum, Isaias impiorum, Paulus Elimarum, Petrus Ananiasum et Saphirarum.

Sed si ex alia parte nulla virtute praediti sint, quae sit proximo in exemplum, è contra defectibus vitisq; ei cognitis sciant, quid simile habet, quod utiliter ipsum corripiant? O quam doceret brutos furibundis dare pacis documenta! O quam lapidè avari carpent sordidam fratrum suorum parsimoniam! O quam vehementer commovent correptiones mulierum, quarum vita parum modesta est, iis facta qui et quae in dissolutione vivunt! Vultis ne lucrari fratrem vestrum ipsi quoque cum fructu corripere? praebete ei bona exempla, et adhibete medium illud quod Samuel adhibuit ad utiliter Judaeos admonendos.

Si non poterat enormia horum populorum vitia, sed ut eos corrigeret, atque ad se ipsos redire faceret, quid egit? non adhibuit auctoritatem quam à Deo acceperat, nec vias juridicas, quibus uti potuisset, nec dignitatem characteris, quo munitus erat: Sufficit ipsi eis exponere suam ab omni cupiditate alienam agendi rationem, integritatem studiumque suum in exercendis omnibus ministerii sui muneribus.

Conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque et ad hanc diem, esse praesto sum totius vitae meae reddere rationem: loquimini de me coram Domino et coram Christo ejus, utrum unquam cuiquam vestrum injuriam et laeserim, si vi aliquam oppressi, si de manu cuiusquam munus accepi? Agnosimus omnes nullius horum vitiorum te raum esse. Vos id agnoscitis, et Deus testis est innocentiae meae; at quod vos attinet, multa et magna ce habeo quae vobis exprobram; Nunc argo stete, ut iudicio ce contendam adversum vos coram Domino: magnas fecit ce vobis misericordias, sed vos ei turpi ingratitude respon- ce distis. Haec suffecerunt, ut populus iste ad se ipsum rediret, atque Samuelem rogaret, ut pro ipso Dominum Deum deprecaretur.

Hoc medium adhibete, Auditores, respectu variarum

conditionum, in quibus estis. Per bona vestra exempla
 utilia efficiemini fratribus vestris, qui ea vide-
 bunt: Sed et hæc bona exempla quæ ipsis præbentis
 bunt: Sed et hæc bona exempla quæ ipsis debentur. Dabunt.
 Datus 2. Si verba Christi apud S. Matthæum, quæ totam
 123. hujus sermonis ideam mihi subministrarunt ritè
 parpendistis, facile agnovistis, quòd si ipsius inten-
 tio est, ut faciamus bona opera, quatenus videantur
 ab hominibus, nobis simul alium finem nobis propo-
 nat quem considerare debemus tanquam omnium
 præcipuum et nobilissimum, gloriam nempe quæ in
 ipsius Patrem redundare debet. Vult ut illustra-
 bonorum exemplorum splendeat in oculis hominum,
 4 fontem substantiam ad illorum prædit, ut ea videntes glorifi-
 cent Patrem coelestem glorificantem.

Quidquid cogitamus, loquimur, agimus debet ha-
 bere pro fine gloriam Dei. Si bibimus, manducamus,
 si sumus in agitatione, in quiete ante omnia studea-
 mus glorificare Dominum: hoc primum et absolutum
 nostrum munus est.

Si patres, qui nobis ortum dederunt, si Reges, qui
 nostram libertatem et vitam tuentur, si beneficii nostri,
 qui in necessitatibus nostris nos adjuvant, si amici nostri,
 qui nos consolantur in nostris calamitatibus, si libera-
 tores nostri, qui nos à captivitate nostra liberant, lau-
 dum et gratitudinis tributa merentur: Quid non me-
 retur Deus noster, ipse qui primus est omnium patrum,
 omnium Regum potentissimus, omnium beneficorum
 magnificentissimus, omnium amicorum generosissi-
 mus, omnium illorum, qui nos à captivitate, sub qua
 gemimus, liberant officiosissimus?

Hoc universale munus est: Dantur munera pro Reli-
 giosis, quæ Saulares non respiciunt; Dantur pro Magis-
 tratibus, quæ plebem non spectant; Dantur pro viris
 quæ mulieres non tangunt; Dantur pro juvenibus, quæ
 protracta ætatis homines non respiciunt: Sed Deum
 honorare et ex totis viribus confare ad manifesta-
 tionem gloria ipsius, hoc sine exceptione omnes homi-
 nes respicit.

124.

Solummodo sciendum venit qua ratione hæc gloria
 ipsi conciliari possit: Dispensat indicavit; Si nempe
 bona opera faciatis, quorum homines testes sint;

si ipsis bona vita innocens et irreprehensibilis exempla praebeatis. Unde cognoscatur, quod haec bona opera ab ipso provenerint, atque ea ipsi remittatis; prima ratio ipsum glorificandi: quod intentio vestra ea faciendis recta sit; secunda ratio ipsum glorificandi: quod velitis silentium imponere maligna, imprudenti-um ignorantia, qui vos carpunt ipsumque dedecore afficiunt; tertia ipsum glorificandi ratio; pauca de iis disseruisse sufficit.

Dico, quod per bona exempla, quae proximo dantur, cognoscatur, unde proveniant virtutes, quas quis amplectitur, quis sit illarum author et principium. Apparet in austeritatibus, ad quas se quis condemnat, in contemptibus, quos cum patientia tolerat, in obsequiis, quae inimicis suis exhibet. Apparet, quod in his omnibus nihil sit, in quo cupiditas et natura sibi relicta partem aliquam habeat. Ad te omni Deus, horum gloriam remittit, atque agnoscit se omne quod facit bonum à te accepisse: haec aqua vitae, quae rasilunt usque ad vitam aeternam rursus ascendent vasis fontem suum, et mare, à quo exierant, denuò ingrediuntur.

Hoc ipsum est, quod S. Paulus tam opportunè vocabat manifestare vitam Jesu Christi, et indui eum. Cum voluptate in vestiario aliquo intuemur vestes pretiosas et magnificas, at cum eos à praestantis formae personâ gestari videmus, tum videntur habere novum splendorem, qui magis adhuc demulcet.

Virtus ex se ipsa speciem quamdam magnitudinis et majestatis praefert; pia vita ut ut occulta sit, sibi amorem conciliat: verum quando hanc virtutem possumus, quando haec vita se exarit per extraordinaria fortitudinis vel sapientiae opera, tum dicitur: talis erat Jesus Christus, cum in terris versaretur, ita vixit mitis, humilis, patiens, ab omni cupiditate alienus, omnibus benefacians. Ipsi- us vestes gestamus, ex ipso et per ipsum vivimus, et si Evangeliorum libri deperderentur, ex parte denuò invenirentur in iis, inquit S. Chrysostomus, qui et quae illorum placita exequerentur at enoverant: primum bonorum exemplorum commodum.

Secundum est veram animi sinceritatem praefere- re, verumque habere propositum Deo placendi, non solum per opera occulta sed virtutes publicas, quae ipsi sint honori. An bono subdito sufficit venerari principem suum, nihil

125.

Vita Christi
manifestatur
in vobis. In-
Jesuini Do-
minum nos-
trum Jesum
Christum

126.

valla facere, quod ipsi displiceat, quamvis etiamnum
id nemo rasceret, atque impunè ab ipso fieri posset?
Non procul dubio, fervor, quo gloriam ipsius prosequi-
tur, ipsum impellit, ut tantum occasionebus agat et
loquatur, quæ palam faciunt quamnam sint illius propen-
siones et sensa. Cum ardore commodis ipsius servit, cum
voluptate mandata ipsius sibi transmissa legit, gaudet
de armorum illius prosperitate, cuperat ut omnes ejus sub-
diti ipsi serviant, aumque venerarentur et diligerent.

Eadem est veri Christiani ratio. Non sufficit ipsi Deum
adorare in spiritu et veritate, ei cum sancto quodam Rege
dicere: Tu nosti Domine intima animæ meæ, sis quod sem-
per ambulaverim coram te corde recto et perfecto: sed cum
gaudio palam facit, quod illi soli placere velit, quod nihil
ita illum lætitiâ afficiat, quam cum videt quod timeatur,
ametur, ipsique serviatur, sicut nihil ita illum dolore
afficiat, quam cum advertit quod offendatur et despicia-
tur. De tali servo dicit Deus: Ego ipsum formavi, feci et crea-
vi, ad gloriam meam.

127.

Tertia ratio Deum glorificandi in eo consistit, ut vin-
dicetur ab injuriis quibus afficitur, ab iniquis judiciis quæ
de iis feruntur, qui ipsi serviunt, à malignis Satyris, quibus
Ministorum suorum fama laeditur: sed quæ id fieri po-
test? scilicet si, inquit S. Petrus*, conversationem bonam

* 1. Petri 2.

et sanctam habemus, ut in eo, quod detrahitur de nobis
tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus nos conde-
rantes, glorificent Deum. Si p. addit ipse: probè libertate
nostrâ utentes per piam vitam nostram obmutescere fa-
ciamus imprudentium hominum ignorantiam.

Enimvarò rem impossibilem tentat, qui crudelos ini-
quorum calumnias cohibere studet. O Deus totius sanc-
tatis et justitiæ, ex quo velut seductor et perditæ fa-
ma virorum et mulierum amicus habitus es, tu quæ
ipsamet innocentia: an meliorem tuâ sortem expe-
rare possumus? Id unicè nos consolatur, quod beatorum pro-
nuncias illos, qui cum patientia iniquos linguas eorum
qui mendacia fingunt, ut nostræ agendi rationi detrahant,
sustinent.

Verùm quia, ut inimicis tuis os occluderes, ab ipsis qua-
servisti, quis eorum te vel minimi peccati arguere aude-
ret, nobis manifestasti, quod efficacissimum medium ad
reprimendam invidiam et malignum furorem inimico-
rum nostrorum, ipsis vitæ probatæ et inculpatae observa-
tionem exponere. Ipsos impudere non possumus ne lo-

quantur, sed tamen curare, ut ipsis nulla fides adhibeatur; publica notitia nostra inculpata vita semper nostram adet apologiam.

Quodcumque aliud adhibeamus medium ad nostram innocentiam probandam Deoque gloriam, quam meretur, conciliandam, nunquam sine illo ex sententia succedet. Nobis, quemadmodum uxori Jacoboam, nostra dissimulationes et doli exprobrabuntur, nobis respondebitur, prout Saul responsum fuit, dicis te non peccasse, sed consulisti phitonissam, et quamvis linguis Angelorum loqueremur, clamabitur, vox vox est Jacob sed manus manus Esau.

128.

Honorificum ergo virtutum nostrarum testimonium in mundo relinquamus; existimatio quam de nobis habebunt probi, in nobis solis non subsistat, sed longius profertur, quia, ut cum Apostolo loquamur, arimus Christi bonus odor.

Quidquid eveniat, nihil unquam contra officium nostrum agamus, etiam quantum ad levissimas minutias. Meminerimus omnia nobis pretiosa esse debere, quamprimum de gloria Dei et ipsius legis honore agitur, est depositum quod nobis concrediditum est, quodque cum accurata et scrupulosa fidelitate restituere debemus: ne explisio excellenti sacra historia sacra specimen, per quod etiam finis.

Scitis quod lege expressa usus carnis porcinae Judaeis fuit interdictus. Antiochus voluit cogere Eleazarum ut de ea consideret: praetensi ipsius amici, et qui astabant, huius viri aetate procasti firmum obvium carnes, ei exposuerunt sufficere dummodo se de ea manducare simularet, quod hac dissimulatione vitam et libertatem servaturus esset.

129.

* 2. Machab. 2.

Quid! respondit illi cum indignatione, an postquam à tenerima juventute mea Domino servivi, dicatur, quod nonagenarius turpi dissimulatione sanctae legis praevicator extiterim? Non, non oportet ut talis videar qualis sum, et postquam per plures annos fratribus meis bona exempla exhibui, mala in aetate mea caducitate ipsis praebere non debeo.

Quam abjecta et indigna fictione nominis mei et Tribus mea gloriam observarem? trahar ergo ad supplicium, ut morte meâ aeternum immaculata et inculpata vita mea testimonium reddam. Esto tu ipsemet, Ô mi Deus, immota fidelitatis mea testis. Tu sis, quod propterea crudelas dolores mox toleraturus sum, à quibus liberari possem, sed timorem tuum et sancta praecepta tua semper pra oculis habui.

Utinam, Christiani, ex animo affecti essemus; nec libertatem nec vitam amitteremus: erimus bono exemplo fratribus nostris, Deus glorificabitur, et nobis suo tempore mercedem tribuet.

Documenta Moralia.

Sensu Patrum et Theologorum, Concionatorum veterum et recentiorum, p. circa Scandalum, bonum et malum exemplum.

130.

I.

Vita pia et exemplaris Religionem, quam profitamur, veneratione dignam efficit; vita dissoluta et scandalosa eam vilem et abjectam reddit.

131.

II.

Quantum crimen, inquit ad haec Salvianus, abjectum efficere nomen Dei, quem adorant? Sicine, cum omnia pro gloria ipsius agere deberent, causa sunt, ut populus in contemtum veniat? Deberent, prout Christus expressis precibus, curare, ut lux bonorum operum suorum luceat coram oculis hominum, ut inde Pater coelestis glorificaretur; et scandalosis suis perversitatibus impellant proximum suum, ut eum contemnat.

Et quis eorum ex nomine quod gestat gloriam capere audebit? An non potius erubescere debet, quod deus et opprobrium Christi factus sit? An de barbaris dici potest, quod de Christianis dicitur? Arguaturne Evangelium de brutis moribus Saxonum et Hunorum? An crudelitas Gotharum, et ferocitas Gepidarum blasphemari faciant nomen Domini? An merito quari possit ab his populis, quae sanctitas professionis suae devenerit, ubi sint praecepta illa castitatis, Documenta illa nisi pietatem spirantia, quae ipsis dantur? Equid vos nomine Christiani et re ipsa Ethnici, legitis Evangelium, et estis impudici; pro manibus habetis Scripta Apostolorum, et abrietatem sectamini; pro exemplari habetis Jesum Christum, et aliena bona rapitis; lex vestra non nisi Documentis est composita, quorum finis unicus est virtutem inspirare, et scandalosa vita vestra non est aliud quam flagitiorum concatenatio. Infelices, an in sinu Eulajiae idcirco duntaxat educati fuistis, ut eam ignominia afficeretis, etque populum contemtum accereretis?

132.

III.

Ergo, ajunt Christiani, ecce homines illi, qui gloriantur se legis omnino sanctae praecepta sequi; sed sunt dolosi et impostores, addunt. Eminentem si se gererent, juxta principia

Moralis ita pura ac praevalent, ipsorum vita longe moderatior esset quam re ipsa sit. Qualis Magister, talis Discipuli, sunt quod esse ipsis inspiratur. adeoque si fides adhibenda eis, qui de doctrina judicant ex moribus eorum, qui illam profitantur, Libri Prophetarum docent impunitatem, praecepta Apostolorum favent flagitio, Evangelium verò illud probat; verbo, Christiani Sancti essent, si Christus Sanctus fuisset. Ordinariè judicium fertur de Secta ex agendi ratione eorum, qui illam amplectuntur, et rarè Discipuli depravati Magistrum habent virtute praeditum. Haec de nobis praedicant Ethnici.

Præterea notum est, quòd semper iniquissimam opinionem habuerint de nostris Solemnitatibus et conventibus, quia falsè et malignè credebant sacrificia nostra esse abominationibus replata, religionemque nostram ortum suum debere duobus enormibus flagitiis, homicidio nempe et incestui. Filii et matres, fratres et sorores confusè permixti, infantes jugulati, quorum caro manducabatur et sanguis bibebatur, haec Ethnicorum judicio erant horribiles caeremonia à Christianis instituta ad placandam Dei iram, vel ab ipso aeternam felicitatem promerendum..... Quisque inde judicat, quamnam ideam Ethnici habuerint Religionis in qua talia sacrificia offerabantur Deo illi, quem ipsa colebat, vel quid senserint de Deo illo, qui tam execrando cultu honorari volebat.

Sed unde est, quòd ad id iniquum et veritati ita contrarium judicium de Christianis tulerint? Quia scilicet inter eos videbant non paucos, qui effrenatè impia vitæ licentià huic sancto nomini infamiam inferebant: ore Deum confitebantur, cùmque scandalosà vità suà negabant. Siveritas contumalia afficitur, si nomen Domini ab impiis injuriosè tractatur, hujus ipsi sunt causa.

IV.

Ut causa simus, quòd impii nomen Dei blasphemant, jam necesse non est, ut omnibus vitæ scandalosæ intemperantiis nos permittamus, Sufficit ut in nobis quadam improba deprehendantur, quæ funestum in modum mentem atque cor illorum afficiunt, qui vel instrumenta vel testes eorum sunt.

Gloriamur de naturali nostra equitate, quam labantare horramus: et parum solliciti sumus extariis verecundiam et modestiam christianam, quæ aliis bono exemplo esset, ostendere. Injustitia, quæ ignotus quidam opprimitur, commovet, et sine scrupulo consensientiam amici alicujus vel con-

Sanguinai avertimus, quam vindicta nostra rationibus im-
plicamus.

Hae mulier nec violenta est nec injusta, sed domesticis
suis utitur ad turpia commercia et flagitiosa amorum negotia.
circa obtracationem ad scrupulum usque est delicata; et
prodit in publicum cum lasciva affectatione, ut juventu-
tam seducat. Ipsius exemplum est venenum, quod illam
intuentes trucidat, et procul ut compendium faciat ex
gravi monito Sapientis, qui* ratat us in via quam am-
bulamus, lapidem offensionis ponamus, et ne domesticos
nostrorum salutem negligamus, laqueos tendit om-
nibus iis, qui ad illam accedunt, eosque scandalis suis ad peccatum impellit.

* Ne ponas viam
tuam scandalum,
a domesticis tuis
attende. Eccli. 32.

Hae nostra aetate in qua non nisi de morum reforma-
tione et devotione sermo est, quò devanit Matronarum
Christianarum devotio? cum quanta licentia se scandalo-
so vestitis cultu exponunt oculis illis, qui pleni sunt adul-
tariis, de quibus loquitur Apostolus*, atque in vase aureo
meretricis Babylonica potum mortis porrigit iis, qui eas
intuentur?*

* oculos plenos
adulteriis.

Quot vesanae matres sub praetextu adurbanitatem in-
stituendi filias suas, eas consortiis exponunt, unde nun-
quam exeunt cum mente et corde mundis, ac ea ingressae
fuerant? tam illae quam istae pietatem profitentur:
et tamen scandala sua efficiunt, ut nomen Dei blaspho-
metur, atque Religio quam profitentur, ignominia offi-
ciatur.

134.

V.

Ad gloriam Dei honoréque Christianismi confer-
rant, si piam et exemplarem vitam ducant. Ut ut pi-
mi Christiani miracula patrent, ipsorum sancta et in-
culpata vita majus adhuc erat miraculum, inquit Sanctus
Chrysostomus. Ventis et procelis imperabant, anni
tempestates ipsis obediabant, morbos humano modo insa-
nabiles curabant: sed ipsarum cupiditates quas mentis le-
gi subiciebant, varia virtutes, quae populorum oculis splen-
debant, erant, inquit laudatus S. Pater, velut quaedam
idolia quae Ethnicos lucrabantur, atque à profunda, in
qua erant, coacitate extraherant.

Sacra doctrina per totum orbem volabat, dum illi
qui eam predicabant, vinciti erant in carceribus, nihil-
que melius persuadebat Evangelii veritates, quam sancta
vita eorum qui illud annuntiabant alit illius placita
sectabantur. Verbum mortuum et scriptum viventibus

et animatis virtutibus fuditur: exclusio à publicis dignitatibus, omnium sacras, ab alienatione à voluptatibus et bonis saeculi, continua mortificationes Ethnicos in initio deterrere, sed uniformitas vita semper aequalis et sancto Evangelio subijciat etiamnum illos, qui illud impugnabant.

Hae ratione primi Christiani studebant se ab aliis hominibus discernere. Certa quadam scintilla ex hoc novo igne quam Christus in mundum attulerat, erumpentes ubique cum tanto splendore micabant, ut nec calumnia fumo obscurari, nec persecutionum procella extingui possent. Ethnici loquentes de fidelibus dicebant: Sunt officiosi, benefici, mites, patientes, malunt cadere bona sua illis, qui eos ab hereditatibus suis arcent, quam ut valè longe qua sua non sunt, usurpare tentent. His opinionibus in nostra Religionis favorem praecipuati concludebant, eam quidpiam supernaturale et divinum continere: concordia, in qua Christiani vivebant; ipsorum mansuetudo, benignitas, affabilitas, propensio ad bona de aliis merendum, ab alienatione etiamnum à minoribus vitis et prophanis oblectamentis erant argumenta ad ad familiaria et pathetica, ut innumeri ad ea se dediderint.

VI.

Idipsum Tertullianus cum tanta eloquentia et vi saeculi sui idololatriae exponere, ut, eo apologiam Christianorum faceret: Religio nostra postulat: nec favorem nec gratiam à vobis postulat, nec ullam in hoc mundo, ubi varias et justitia peregrinae sunt, expectat; Solum hoc petit, ne videlicet nisi prius cognita iudicetur, cum nihil ita iniustum sit ac contemnere valè odiosa id quod probe notum non est.

* Apologia adversus gentes.

Spectaculis vestris renunciamus, nihil nobis est cum insania civi, cum impudicitia theatri, cum prophanorum oblectamentorum vestrorum ineptis. Omnes non nisi unum corpus constituimus unitate aejusdem Religionis, et aejusdem disciplina conformitate, atque aejusdem Spei vinculo. Coimus in coetum et congregationem, ut ad Deum quasi manu facta atque etiamnum gratia precas fundamus. Oramus eum pro Imperatoribus, pro Ministris eorum..... Coimus ad simul legendas divinas litteras, ad nutriendam fidem nostram his sanctis lectionibus ad nos firmandum in nostra Spe atque sub austerâ disciplina vivendum.

... nostra ratione
... injusta, sed
... gitiosa amorem
... usque est
... fatione, ut
... venenum, quod
... compendium
... ne in via
... mus, et ne
... mus, laqueos
... que scandalis
... si de monum
... devotio Mater
... ta licentia
... is, qui plani
... atque in
... tis ponunt
... xtu ad
... exponunt
... mundis, ac
... tatem profu
... ut non
... cantur, igno
... Christianis
... ducunt
... ipsorum
... raeulum, imp
... imperabunt
... humanis
... itates quae
... populorum
... pater, vel
... atque è
... volabat
... in carcerib
... veritates, qu
... et alit illi
... scriptum

» Quamvis species quaedam thesauri apud nos sit, tamen
 » non est nisi pietatis depositum, quod non lautitiis et ha
 » tionibus expenditur, sed ad alendos et sustentandos pauperes,
 » in solatium pupillarum parentibus et bonis oratorum, se
 » num et eorum, qui naufragio aliquo ad insulas radacti fue
 » runt. Quia perfectam animam et Spiritus unionem inter
 » nos conservamus, hinc fratres nos invicem appellamus, atque
 » inter nos bona nostra divi dimus, ita ut nobis omnia sint
 » communia exceptis uxoribus.

VII.

» In nostris refectioibus nihil invidens invenitur, in
 » eis manducamus et bibimus, quantum necesse est ad sedan
 » dam famem et sitim, cogitantes, quod Christianus etiam
 » num de nocte Deum precari et adorare debeat, quia au
 » dit quae ipsi dicuntur. E mensa surgentes, non in tuomas nos
 » dividimus, ut eos, qui nobis obriam fiunt, acerbè accipiamus,
 » nec in abrisorum manipulos, ut per plateas curamus tanquam
 » insani, vel castitatis aliena corruptores: ab ea surgimus cum
 » eodem studio conservandi puritatem et modestiam, quam
 » habebamus antequam ad eam accederemus.

Sicentes quod vita nostra examinanda sit à Deo, qui
 omnia videt, et qui poenâ aeternâ punit Sanctae Suae le
 gis praevaricatores, omni studio contemnimus perfectam
 servare innocentiam, cuius gratiam ab ipso postulamus, et
 conservantes, prout fides nos docet, Severitatem justitiae
 Suae, ipsum Solum timemus.

1367

VIII.

Si hodie tales Christianos habebamus, quantam glori
 am Deus ab ipsis non reciperet, et ubi sanae mentis homo
 esset, qui tam praeclaris exemplis permotus, non vallet
 amplius Christianam Religionem et morte justorum
 mori?

Hinc etiam ibidem advertit Tertullianus, quod tam
 pia et exemplaris vita innumeros Ethnicos lucrata fue
 rit, qui sub vexillo Jesu Christi militatum veniebant.
 Condamna nos, dicebant ad Praesules, torquete nos,
 conterite nos, omnes inventiones, quibus crudelitas vestra
 utitur, nihil vobis pronunt, à contrariis plures adhuc ad nos
 tram Religionem adducunt, quò magis nos exterminare
 conamini, eo magis augetur noster numerus et sanguis

Christianorum est voluti Semen, quod illos multiplicat.

Multi ex Philosophis vestris hortantur homines ad animosè tolerandos mortis dolores, sed ipsorum sermones multò pauciores ex vobis discipulos pepererunt, quàm exemplorum doctrina inter Christianos parit, tantos non inveniunt verba eorum discipulos, quantos Christiani factis docendo.

IX.

137.

Cum in eodem homine generalis Christiani qualitas distinguatur, et status particularis, cui addictus est, ut patris, Domini seu hosi, Ecclesiastici, Magistratus: S. Paulus vult, ut quilibet horum statuum munera servat, non solum respectu Dei per virtutes interiores et occultas, sed etiam respectu hominum per bona opera, qui ipsis sunt ad exemplum.

Ex hoc Apostoli principio S. Thomas post omnes Patres contendit esse judicandum de enormitate peccati Scandali, sive quis se intueatur tanquam Christianum, sive se considerat velut in civili societate certum locum occupantem, ubi magis observatur, quàm si vitam solitariam duceret, aut nulli officio addictus esset.

Infelix homo ille, qui suã Christiani qualitate est fratribus suis scandali occasio: Infelicior adhuc ille, qui præter suam Christiani qualitatem est in suo particulari statu occasio scandali illis, quibus bonum exemplum præbere deberat.

X.

138.

Parum expendimus obligationes, quas tanquam Christiani contrahimus. Vi hujus tituli sumus gens Sancta, regale Sacerdotium, populus acquisitus et redemptus, non auro et argento corruptilibus sed pretioso sanguine Domini Christi. Vi hujus tituli tenemur nos animare ad præxim bonorum operum, actionibus et sermonibus nostris testimonium præhibere Sanctitati Religionis, quam profitamur: et tamen contra hæc generalia et essentialia munera homo Scandalosus horrenda committit peccata. Scandalum, quod creat id est, cujus causa est, est peccatum Dæmonis, peccatum Anti-christi, peccatum quod terribilissimas confusiones etiam præter intentionem progignit.

XI.

139.

Quamnam artam profitatur et tractat homo Scandalosus? artam Dæmonis, inquit S. Chrysostomus. In Scriptura

nuncupatur tentator, seductor homicida, nomina quae possunt tribui illis, qui fratribus suis sunt causa lapsus et scandali ipsos tentant, ipsos seducunt, ipsos trucidant.

Dæmon non statim Adamum adortus est, sed apud Evam velut debiliorem^{se} insinuavit. Non statim ipsi dixit: manduca de fructu vitæ, quasivit duntaxat ab ipsa cur ei vitæ fructus fuisset. Non dixit ei: mori times, sed ipsam non morituram promisit. Ex his apparet quam magna sint mala, quae scandalosus Christianus in Ecclesia committit, et vicia, per quas peccatum publicum se in animam insinuat.

XII.

140.

Imò dici potest, quod homo scandalosus malitiam Dæmonis superat ex sequentibus rationibus:

i. utut Dæmon sit hostis hominem, ipsis tamen apertum bellum non declarat, laqueos quos ipsis tendit, occultat. Similis furi deflexas semitas quaerit, et animas non nisi unam post alteram, et ita dicam, capit.

Alia est scandalosi ratio, se ostendit, et caput insolentiar erigit, et plures animas uno die Dæmoni lucratur, quam Dæmon spatio unius anni fortè lucrari possit. Haec mundana mulier morum suorum festivitate, pigmento suo, muscario furo, tenera et blanda sua agendi ratione in locis, in^{quibus} conspicendam dabit, plures animas corrumpet, quam Dæmon cum omnibus artibus suis et tota militia sua. Hinc etiam Tertullianus eam appellat Sathana procuratricem, instrumentum et Supplementum. Qui catapultam in avas emittit, non nisi unam vel duas simul occidit, sed auceps qui vitæ sua tendit, plures capit, quae stolidè se in ea congiunt: naturalis admodum figura scandalosi, qui prout S. Scriptura loquitur, ratia sua expandit super

Ratio expandit
super Thabor.

Dæmonem intramus velut veneficum, qui hostes suos unum post alterum de medio tollit, at cui comparari potest scandalosus? iis, qui publicos fontes indito venens inficiunt, et qui in una die integram civitatem perdunt.

141.

XIII.

2. Inducitur Dæmon ad nos tentandum, quia nos intructur velut inimicos suos, praecipue pios ac nota probitatis homines: hoc adeo verum est, ut cum majori furore eos, qui pietatem profitentur, adortus quam alios, qui dissolu-

tam et depravatam agunt vitam. In pace hos possidet atque
ratibus suis irrativit; Sed continuo illos circumit tanquam
leo rugiens, qui non quiescit nisi eos devoret.

Non est propemodum eadem ratio Scandalosi. Pro-
cul ut optimis amicis suis parcat, sunt primi, quos flogi-
tis suis implicat. Mater Scandalosa, qua in tuâ protractâ
atate; juventutis tuae vesanias adhuc conservas, qua in am-
bulationibus, comediis, lusibus, diversorum sexuum con-
sortiis tristes vita ad occasum propendentis reliquias trahis,
tuis malis exemplis filiam tuam tentas, seducis, perdis:
ita filiam, qua tuum est idolum, et quam adeo diligis:
ita filiam, cui cocia et barbarâ prædilectione sororas ipsi-
us posthabuisti, eam te damnando damnas.

Effrenata adolescens, qui dies noctesque in hebriatione
transigis, qui cum tanta voluptate et intemperantiâ vira-
liba potas, quorum excellentiam adeo gratâ. Deprecios, tuos
intemperantiâ socios et optimos amicos perdis, atque velut
datâ manu ad infama trahis. Ah quid tibi mali faciâs tot
homines, ut iis tam magna infortunia accensas? Solus dam-
nare, quia damnari vis, sed parce fratribus tuis; Damona,
qui inimicos suos perdere imprimis studet, crudelior aqua-
liter charissimos amicos tuos, et eos, qui tibi sunt indifferen-
tes in præcipitium trahis.

XIV.

142.

SS. Patres Scandalosos nomine Antichristi etiam insi-
gnunt, et sanè cum in fine Saulorum non nisi ut eos,
quos Janus Christus pretioso sanguine suo redemit, perdat
vulturus sit: hi Belial filii, hi perditionis homines istud
fatale ministerium per anticipationem exercent. Sunt
inter nos Antichristi, dicebat S. Joannes: verum quibus hoc
infame epithetum acquiri tribuere poterat, nisi iis, qui
spiritu ipsius replati sunt, et qui character bestiae portant?

Si cogitarent, quod Jesus Christus pro omnibus hominibus
mortuus sit, quod nulla sit redempta anima, quae si infini-
to pretio non staret, quod operam conferre ad perditio-
nam hujusmodi anima idem sit, ac inutilia reddere om-
nia salutis media, quae Deus iste, cujus misericordia est
infinita, adhibuit, ut eam idoneam efficeret ad possidendam
beatitudinis aeternitatem: Si haec veritates perperderant,
tunc facile criminum suorum enormitatem agnoscerant;
Sed cum cupiditas et effrenata licentia mantem et cor eorum

Spicis nubibus obvolat, Sapa ministerium exercent, cujus
fatalis sequelas non cognovunt; at vero quia eas ignorant,
an propterea minus rei sunt, vel an justam Dei indignatio-
nem evitabunt?

143.

XV.

Non, non, necesse non est, ut affronatus Determinatam
habeat voluntatem perdendi proximum suum: id enim
nunquam ei venit in mentem: Sufficit, quod eorum agen-
di rationem teneat, cujus ordinarius effectus est ipsius perdi-
tio et reprobatio. Necesse non est, ut tamararius quidam
arcum suum laxans non intendat illum occidere quem
occidit, Sufficit quod ei lethale vulnus infligat. Quod si
ille qui propè spicas vel spicasum strues ignem accendit, di-
cat: consilium meum non erat, ut ignem exasperat con-
ciperent; non minus tamen jacturam, cujus causa est,
Sancire tenebitur: Reddat, inquit Deus, Dammum, qui
ignem succendat.

* Exodi 22.

Quod si ille, qui cisteriam suam reliquit apartam dicat:
Eam non claudendo mens nunquam fuit, ut ullum animal
in eam caderet: Reddat, inquit Deus, pretium jumentorum,
quae in eam ceciderint. At vero ex his concludendum est, ait
S. Chrysostomus, quod perperam illi et illa, qui mala praebent
exempla, se culpa immunes arbitrantur dicendo, nunquam
se consilium habuisse conferendi operam suam ad flagitia et
perditionem proximi sui: Sufficit, quod ea perpetraverint, quae
ipsis unitis esse potuerint, Dominus ab ipsis exiget animam
pro anima, sanguinem pro sanguine: poena multo gravior,
quam si tantum quaedam pecuniarum summas exigeret
quibus Dammum, cujus causa fuerit sanciant.

* ibid.

144.

XVI.

Scandalum istud adhuc perniciosius est ac funestius,
quando illi, qui illud praebent, peculiaribus Status sui obli-
gationibus bona sicutaxat exempla praebere tenentur.
Nonnisi talia fratribus nostris praebere debemus, et quando
S. Paulus dicit: Ut unusquisque nostrum placere Debeat
proximo suo in bonum ad edificationem, nullam facit dis-
tinctionem aut Status aut Sexus, aut aetatis aut persona-
rum.

Statendum tamen, dari Status et minora, in quibus
strictius obligamur dare bona exempla quam in aliis, et quod

si omittamus talia praeberere, vel si huiusmodi praebeamus,
 qua à cultu et honore, qui Deo debetur, eos, qui illorum
 sunt testes avertant potius quam impellant, terribilibus
 nos exponamus poenis.

XVII,

145.

Modò si verba sunt S. Chrysostomi: mirum quid vobis
 dicturus sum. Beata occulta, qua nullum habent tes-
 tam, à Deo non ~~sed~~ cum tanta severitate puniuntur,
 quam alia, quae leviora videntur, quando perpetrantur
 in praesentia illorum qui de iis ~~sed~~ scandalizantur: haec de
 re solum Moysis exemplum sufficiat.

Hic omnium mortalium praeantissimus at cui Deus lo-
 cutus fuerat sicut amicus amico; vir iste adeò mitis, adeò
 justus, gloria Domini studio incensus, et cuius varias vir-
 tutes tam praeclaro eloquio S. Scriptura singillatim com-
 memorat: vir iste, qui se propter Iudaeos fratres suos tan-
 tis periculis in Aegypto exponerat, atque in deserto tot mi-
 serias et injurias pertulerat, cum dolore tamen percipit, se
 non ingressurum terram promissam; ut ut de sua natione be-
 ne meritis sit, ut ut Deus cum ipso conversatus fuerit, atque
 populum suum concediderit.

Vobis procul dubio imaginamini magnum fuisse peccatum
 suum, ut tantam meruerit poenam: en illud: Quia si inquit
 Deus ad illum: non credidisti mihi, ut sanctificares me coram
 filiis Israël, non introduces hos populos in terram quam dabo
 eis.

Videtur, quòd haec culpa potius condonari debuisset, quam
 illa, quas prius admiserat. Quando Deus illum misit in Aegy-
 ptum, pluries hanc provinciam amoliri conatus est. Quis
 sum ego, ut mandata tua ad Pharaonem perferam, quò po-
 pulum tuum dimittat? Quando populus iste crudelam fa-
 mem patiebatur, nec videbat, Deum illustri miraculo ma-
 gnam hanc multitudinem alere posse: Sexcenta millia pedi-
 tum hujus populi sunt: inquit et tu dicis: Dabo eis esum car-
 nis? Nunquid ovium et boum multitudo cadatur, ut possit
 sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in unum congre-
 gabuntur, ut eos satient?

Si comparatur peccatum peccato, unum levius esse vide-
 tur quàm alterum; quare ergo graviore poenâ punitur? idè quia
 alterum clam factum fuerat, vel minus innotuerat; at verò
 prius testas habuit filios Israël, atque ipsis praesentibus res
 facta fuit. Porro si Deus adeò insignem virum cum tanta se-

vanitate punit, quid non aget contra nos, qui non nisi exigui terra vermes sumus, si proximo nostro scandali ansam aliquam praeberimus. concludit hic S. Chrysostomus.

146.

XVIII.

Ut ut leve videatur peccatum eorum, qui aliis praesminent, attamen cum aliis plerisque, quae alias naturaliter ad perversionem propendit, exempla petat, si vestigio fallantur, mirum quanta mala inde sequantur. Si quibusdam officiis ab aliis distinguuntur, quamprimum iis cum honore et conscientia non funguntur, ipsorum pravitates arumpunt, suntque velut scintilla quae volat, et ubique ignem accendit.

Si familiae cura ipsis incumbit, nec ad pietatis officia animum adjiciunt, nec per semet ipsos vel Sapientes Magistros in timore Dei liberos suos adueant: hi liberi iniqui formati exemplaribus non fiunt indevoti et impii. Si domesticos habent, qui ipsis famulantur, atque ex omnibus suis faciunt huiusmodi academies vel affanatorum receptacula, tunc domestici isti brevi corrumpuntur, et quia instrumentum sunt flagitiosorum clandestinorum commerciorum suorum, brevi peccata à Domino ad domesticos transibunt. Quid suorum et praecipue domesticorum curam non gerit, est infideli deterior, inquit quidam Apostolus. Quid non dixisset de iis, qui non solum nullam eorum curam gerunt, sed qui causa sunt, ut nomen Dei blasphemetur atque enormis confusio apud ipsos regnat.

147.

XIX.

Hac ratione peccatum istud adeo enorme est, ut Deus nobis palam facere ^{voluerit} de insolito modo illud punire. David postquam dixit Propheta Nathan: peccavi, postquam sincerum de illo dolorem concepit, aequidem à bonitate Domini obtinuit exemptionem poenae aeternae, quam merebatur; sed quantum ad temporalem, ut ut poenituerit, Propheta iste, qui ipsi nomine Dei pollicitus est, quod si peccatum suum indulgeret, statim addidit: Verumtamen quoniam blasphemare fuisti inimicus Domini, propter verbum hoc filius qui natus est tibi morte morietur. David sperans posse flexare Deum, cujus bonitatem toties expertus fuerat, daps

sito diademate, exutaque purpura se in palatii sui aliquo conclavi inebuit, ubi in lacram prostratus et cilicio indutus vitam filii sui imploravit, sed frustra; Deus inflexibilis permansit, quia nomen suum expositum fuerat insultationibus inimicorum suorum.

Si quis peccatum committit, quin hoc adorandum nomen impetatur, talis sibi soli damnem infert: at si causa est, ut nomen istud blasphemetur, secum in peccatum et poenam, quae illud sequi debet innumeros rivos trahit, ipsiusque poenae tanto major erit, quanto major erit numerus eorum quos ad lapsum traxerit.

Peccatum hoc est peccatum scandalorum. Si Ethnici supremam Majestatem, quam solus instinctus veneratione dignam omnibus creaturis efficit, indignè habent, tunc culpandi sunt mali Christiani illi, quorum opera quae connumerantur, Religionem suam opprobriis afficiunt. Cognoscunt Dei voluntatem, et nullam habent erga eam Submissionem: incernoscunt quod optimum est, et detestari eligunt, in legem mensuram suorum regulam inveniunt, et tamen eam non sequuntur. Dicunt non oportere furari, at furantur, adulterium esse vitandum, et in illud labuntur.

Ex his omnibus rationibus sunt peiores infidelibus, quia illis meliores esse deberent: suis actionibus gestant id, quod verbis suis stabiliment, et quanto honorabilior est titulus quem gestant, tanto magis scandalosis suis pravitatibus illum deformant.

XX.

148.

Solertè quantum possibile est, tractanda est infirmitas proximi nostri, ne ullam ei lapsus et scandali denuo occasionem: oportet, quantum possumus, vitâ piâ et sanctâ tollere à proximo nostro malas impressiones, quas à scandalis, quae ipsi data fuerunt, accipit. Est debilis; et ob hoc ipsum solertè cum eo agendum. Quanta impudentia permittere ut infans cadat, quem sustinere possumus? Sed quanta malitia favore ut cadat, quia infans est? Quanta charitatis defectus permittere, ut coecus à recta via divadat, quando ad eam eum ducere possumus? Sed quanta crudelitas eum in semitas angustas et lubricas praecipiti cinctas ducere?

Quando Jesus Christus videt dare mala exempla, non dicit: sicut notat S. Chrysostomus; ne scandalizetis eos, qui sunt fortes, qui accuratè sanctam legem custodiant; quamvis id agere peccatum sit, peccatum: non hinc subsistit, sed prohibet ne vultus parvulorum, qui ad ipsum adducti fuerunt, scandalizentur.

* 1. Cor. 8.

Quando S. Paulus loquitur de illis, qui cibos idolis immo-
 » lutos manducant, haec ait: Videte, ne forte haec licen-
 » tia vestra offandiculum fiat infirmis. Si enim quis vi-
 » derit eum qui habet scientiam, in idolo recumbentem:
 » nonne conscientia eius; cum sit infirma, edificabitur
 » ad manducandum idolothyta, et paribit infirmus in
 » vestra scientia, frater, propter quem Christus mortuus est.
 Quasi diceret, quod quamvis carta quadam res vobis sint
 licitae, haec tamen libertate uti non debeatis, nisi cum
 magna praecautioe, atque parcere infirmitati eorum,
 quos scandalizare possatis: quantum ad me, addit ipse, si
 » scandalizat fratrem meum: non manducabo car-
 » nam in aeternum, ne fratrem meum scandalizem.

149.

XXI.

Ubi loquimur de peccatoribus scandalosis, communiter
 animo intuemur atheos vel impios ut tales cognitos, aper-
 tos helluonas et effrenatos, qui prout ut erubescant videri
 quales sunt, ubique aetate carice gradiuntur, et prout apud
 Job dicitur, prodeunt imprudenter armati contra omnipo-
 » tentem. libantur nobis ipsis huiusmodi homines adumbramus,
 ut nobis persuadeamus, quod cum adhuc extrema non ve-
 niamus, in hac peccatorum specie non sumus. Sed non adver-
 tinus, quod interdum nobis cum certis quibusdam homini-
 bus res intercadat, quos per vitam semichristianam et semi-
 ethnicam seducimus potius, quam si veritas aperte et pu-
 blice impii assemus.

Quando caro leprosi proorsu corrupta erat, lividus ipius
 color et foetor quem exhalabat, omnes ab ipso repellat: sed
 quando non nisi quadam lepra macula apparebant, ipsum
 accedere prohibitum erat; et ne quis discerneretur, Sacerdotes,
 ad quos mittebatur, hac de re iudicabant. Sapientas et mys-
 tica praecautioes, quas adhuc hodie dum adhibere nos oportet,
 ne cuiquam scandalo sumus, et ut ab eis vacedamus, quo-
 rum parum moderata vita infinitas confusiones in christi-
 nismo sapie proveat.

* Jacob. 3.

In mille rabus teneram et infirmam proximi nostri
 conscientiam ledimus; modo verbis levibus et inconsidera-
 tis, modo ingeniosis scommatibus et detractionibus calide
 sparsis: enigma moderatis, prout loquendi de mille rabus
 quae charitatem ledunt, intemperantia lingua, quae prout
 ait S. Jacobus Apostolus, inflammata rotam natiuitatis nos-
 » trae, inflammata à gehennà; haec omnia pessimos effectus
 provocare possunt.

Non semper rapidus incursus demonii meridiani, non

Semper Sagitta volans et veneno infecta, consuetis lethalia vulnera infligit, negotium, quod in tenebris peragitur, sicut ac noctis permixtis, pietatis et dissolutio- nis, religionis et paganismi saepe perniciosissimos affectus progignit.

XXII.

150.

Ecclesia non prohibet quadam scandala in particula- ri, sed omnia et quaecumque: Jesus Christus non solum ge- nerationem condemnat illum, qui proximum suum scan- dalizaverit, sed eum qui vel unicum scandalizaverit, quam- vis solus esset.

unum.

Quid postea dicendum de malignis caeremoniarum nos- trorum et Mysteriorum censuris illis, de dissolutionis oc- casionibus, quae iuventuti suppeditantur, de insignibus sennatibus in devotos et devotas jactis, de consediis, in qui- bus dum vitia falsa devotionis malignè depinguntur, vera inhumane denigrantur?

Si Apostolus dicebat*: noli cibo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Quid censendum de tot impuritati- bus, tot excessibus in cibo et potu, tot vitiis, quae pu- dorem, veritatem, charitatem, justitiam cadunt et malis exemplis inspirantur?

* Rom. 14.

XXIII.

151.

Scandalum in Sacris Scripturis comparatur rebus conta- giosissimis et funestissimis, scilicet lepra et pesti. Stu- pandum est videre in Leviticis, quantum curam voluerit Deus adhiberi in dijudicando inter lepram et lepram, in examinandis variis illius Symptomatibus, et Separandis à populo illis leprosis, qui ea percussi erant. * Sacerdotum erat u- videre, num albicans vel rubicundus cicatrix levis humilior et esset cute et carne reliqua; et si pili in album colorem mu- tati essent, tunc declarabant hominem illum esse lepro- sum et immundum. Oportebat ut observarent, num macula non crevisset, num cutis capitis à qua pili cauda- rant, alba vel rufa esset, et quando lepra erat cognita, tunc leprosus extra castra manebat: imò etiam vesti- menta ipsius observabantur, quae lavabantur vel igne comburebantur; jubabanturque eoni lapides lepra infecti et projici extra civitatem in locum immundum; domus autem ipsa radi intrinsecus per circuitum, et pulvis rarus et spargi etiam contra urbem in locum immundum.

* Levitic. c. 13. et 14.

Haec omnes caeremoniae legales habebant mysteria sua, nobis denotabant varias species, signa, contagionem et perse- cutionem scandalorum: nobis significabant ea variis modis

dari posse, atque ab eis recedendum esse, qui illorum sunt
authores et instrumenta.

XXIV.

152.

Comparantur etiam pesti. Pestis sapius à malignis
quibundam astroorum influxibus provenit; vera scandalo-
rum figura, quæ non nisi mortiferos habent influxus. Pes-
tis est morbus, qui infinita protenditur; unquam dissoluta pesti-
la omnes vicinas suas corrumpere potest, malum ab una regio-
ne ad aliam transit, atque totam inficit civitatem.

Pestis non cessat, quamvis ii qui eam parvissimi sunt, morian-
tur: pariter Scandalum non finitur cum iis qui illud dederunt,
Simonis Magi Scandalum jam à tot seculis perdurat adhuc, at-
que sapientissimè Simoniacos facit. Scandalum Absalonis ad-
huc etiamnum perdurat, atque sine numero filios format,
qui ab observantiâ, quam parentibus suis debent, suspiter
discadunt. Scandalum Achaz adhuc durat, quot fures Statibus
parricium afferunt sive apertis injustitiis, sive occultis resur-
ris? Scandalum Absalonis adhuc durat, quot impie et blasphemi
sanctum nomen Dei blasphemant? Scandalum Judæ adhuc
durat, quotidie facit avaros, perfidos, apostatos.

153.

XXV.

Siquis Dei benedictiones sibi conciliare velit, oportet ut ab
iniqua vitæ hominibus se separet, qui cum scandalosis con-
versatur atque amicitiam inicit, is sibi illius indignationem
et vindictam accersit.

154.

XXVI.

Nullibi in Sacra Scriptura legitur Deum apparuisse Abra-
hamo toto tempore illo, quo inter Chaldaeos moratus est: sed
quamprimum illos dereliquit, tunc frequentibus apparitio-
nibus illum cohonestavit.*

* Genes. ii.

* Num. i6.

Moyses dixit Hebrais: Res adita à tabernaculis hominum
impiorum et nolite tangere quæ ad eos spectant, ne involma-
mini in peccatis eorum. Deus huic Legislatori præcepit,
utais nomine suo diceret: Quando intraveritis terram Cha-
naan, disperdite unctos habitatores terræ illius: si ipsi pe-
percideritis: qui remanserint, erunt vobis quasi clavi in
oculis, et lanceæ in lateribus, et adversabuntur vobis in terra
habitationis vestræ.

* 2. Reg. 13.

* ibid. 18. et
24.

* Amicitia quam Amnon contraxit cum Jonadab viam ipsi
stravit Thamar sorori suæ pudicitiam eripiendi. * Cum Absa-

Con adversus Davidem rebellasset, multi justi et probi, qui de-
testandum consilium suum non proceperunt, se illi jun-
xerunt; quod nunquam contra hunc optimum Regem fe-
cissent, si in Jerusalem permansissent.

* Josaphat Rex Juda ad pugnam cum Achab pergens,
vix non occisus est: unde et propheta ait ad eum: quid
cogitas? Impis prodes auxilium.

* 2. Paralip. 18 et 19.

* Ochozias Rex Juda Deum offendit, quia, inquit
sacer testus, erat gener Regis Achab.

* 4 Reg. 8.

* Filii Israel post reditum suum de Babylone rogave-
runt auxilium, quod ipsis hostes sui offerebant, ad reedifi-
candum una cum ipsis Templum; non enim volebant habe-
re commercium cum istis idololatri et impiis.

* 1. Esdr. c. 4.

Proconsul Paulus aversus fuit, ne audiret verbum Dei,
quia Deum habebat Elimam magum, qui eum seducere
conarebat.

Supplementum.

Potuissem in contextu horum binorum Sermonum
et in Documentis circa Scandalum et bonum exemplum poni
quamplures preclari textus S. Patrum, qui damnaverunt
concordias, Spectacula, commercia suspecta virorum et mulie-
rum, que sunt tot occasiones lapsus et scandali: Sed quia
de his differimus, ubi de bachanalibus, consuetudine, et
aliis argumentis ad ea relationem habentibus, locuti sumus,
intra limites materia nostre continere nos volumus, cum
illa alias sit vastissima, atque Concilia et Patres summi-
mi de ea tractaverint.

Legitur apud S. Chrysostomum insignis textus, ubi di-
cit, quod nullus esset Ethnicus, si prout tenemus viveremus.
Si nos ad exemplum S. Pauli efformaremus, qui tot homines
ad Dei cognitionem adducebat, quot etiam ei lucrari non
possemus.

156.

In aliis professionibus unus homo sufficit ad facien-
dum centum bonos tyrones. Cum in nostra Religione tot
sint Magistri, unde provenit, quod tam pauci in ea re-
parantur veri discipuli? Nemo venit, nemo trahitur:
Hac hujus est ratio. Cum discipuli examinant vitam Ma-
gistrorum suorum, atque videant, quod Christiani vitam
statu suo indignam ducant, hoc ipsos deterrere et scandali-
zat.

157.

Qua in hanc rem commentatus est L. Bonal in emananti
suo de Christiano moderno opere sunt solidissima. Cum
tam exigua, inquit, sit conformitas inter precepta et

* Partic. 4. c. 2.

modum vivendi Christianorum: ut quod predicatur mi-
nimum sit, et quod agitur ridiculum: ut Christianus ide-
alis sit admirabilis in ore et libris eorum, qui de eo
dixerunt, miserabilis et difformis in moribus et opari-
bus eorum, qui hoc nomine nuncupantur, p.

S. Basilus in suis parvis regulis, S. Gregorius Narian-
zenus in sua apologia, et sermone quem adidit in lau-
dam S. Basilii, S. Gregorius Nyssenus de vita Moysis, et
S. Hieronymus Epistola ad Gerontium proclara dice-
runt, quae sententis et exemplis è sacris paginis eruti
sunt.

158.

Quae idem S. Hieronymus dixit stylo vehementiori
et magis coherente de scandalo, quod dabant mater
et filia, quarum una vidua erat, et altera virgo, quae
separatas domos habebant et habitabant, et quae apud
se quosdam Ecclesiasticos retinebant, quibus negotio-
rum suorum curam commiserant, magnam eloquan-
tiam et vim spirant.

Postquam matri significavit, quid in ipsius agendi
ratione improbat, haec profilia in eadem epistola
addit: Num domus matris tua nimis angusta tibi vide-
tur, ut te ab ea separaveris? Te usque ad eam quam
habes a tatem educavit, te genuit, perfectè te no-
vit: num times testem ocularem actionum tuarum?
Si adhuc virgo es, cur fugis custodem adeò fidelem?
Si te corrumpi permifisti, cur non nubes?..... cur
manes in domo, ubi semper aut vincendum aut mori-
endum?..... Dices forte matrem tuam habere malas pro-
pensionas, bona, honores, saeculi voluptates amas,
quamvis talis esset, qualem eam depingis, an propte-
rea marito eam deseris? Te in sine gestavit, te adua-
vit, cum teneritudine incommoda, quae in infantia
tua ei creasti, toleravit, suas tuasque molestias tu-
lit, te docuit servire Christo, nec tibi societas illius
displicere debet, quae illum tibi in sponsum elegit.
Cur deseris matrem ut sequaris virum, qui forte
se à propria matre et familia sua separavit?.....
Dices procul dubio, bonum conscientia tua testi-
monium tibi sufficere, Deum, qui omnium actionum
tuarum testis est, scire quid hac de re sit, ceterum pa-
rum curare te ea, quae in fama tua detrimentum ducunt
possunt homines. Sed aude Apostolum, qui vult, ut

quisque sollicitus sit facere bonum, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

Si tibi exprobraretur, quod, cum virgo sis, matrem a desereris, ut in monasterio vivares, haec exprobratio tibi esset gloriosa. Quando divitibus arguitur filia Deo consecrata, haec divitibus non tam crimen est quam virtus heroica, quia sic matri suae proferat illum, quem propria vitae suae proferre debet.

An, dices, habitare cum viro probato seculari deputatur? Sed vir probus non separat filiam a matre sua, ut cum ipsa habitet. Si ejusdem aetatis, debet considerare matrem tuam velut suam. Si provectioris aetatis, te ad obedientiam, quae matri debetur, reducere debet. Frama utriusque non permittit ut antius filiae adhaereat quam matri, ne alii arbitretur, quod potius juventutem, quam salutem tuam querat.

Residuum hujus epistolae est vehementissimum, ac legi meretur.

J.

Templa.

Sanditas Locorum Deo consecratorum; irreverentiae et impietates, quae in iis perpetrantur: magna mysteria quae in illis peraguntur, caeremoniae et actus Religionis qui in iis exercentur.

Sermo Primus.

Elegi et sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneat oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus. 2. Paralip. 7.

Pro Dedicatione Ecclesiae. Nam pro Jer. 2. 4. in quadrag. hebdo. et pro Dom. 9. post Pentecost. j.

Quando haec verba in nostris sacris libris lego totus admiratione defixus totisque laetitiae gestans statim exclamo: O Deus Patrum nostrorum sis in aeternum benedictus, quod volueris, ut munera nostra erga infinitam majestatem tuam servantes in iis commoda nostra inveniamus, quod volueris in maximis miseriis nostris praebere nobis solatium nobis illum cultum injungendo, quem sine impietate detrectare non possumus, quique praetera nobis adeo utilis evadit, quando illum tibi cum copietatis et reverentia sanne, quam religio nostra vobis imponit, exhibemus.

Domini est totus terrarum orbis. Nullum autem ita obscurum, nulla extremitas adeo remota, nulla solitudo tam

Si ascendero in caelum, tu illis es pro.
Rfal. 138.

impenetrabilis, quam non videant ipsius oculi et praesentia non replat. Ubique cum reperimus. Si ascendero in caelum, ibi est illius habitatio; Si descendero in infernum, ibi adest. Si volavero usque ad extrema maris, illuc manus ipsius semper me deducet, et dextera ipsius volatum meum sustinet.

At ubi terrarum magnitudinem nominis ipsius possum dignius celebrare, atque majori cum fructu misericordiarum ipsius effusionem sentire? Id ipsemet indigitat, et quod olim de Templo Salomonis edixit, id etiamnum hodie de nostris Ecclesiis nescion locis, quae ipsi sunt con-
» sacrata, loquitur: Elegi ea, inquit, ut nomen meum
» ibi honoratur in Sempiternum; Sanctificavi ea, et propria
» michi affeci, ut quotidie aperiam oculos et cor meum hu-
» per eos, qui debitum cultum mihi in illis exhibuerint.

Divisio

Ex his verbis duas eruo consecutiones, quibus totus hic sermo continetur. Si Tempora nostra sunt loca, in quibus
» aperuit qua Deus elegit, ut in eis coleretur, ea ingrediamur in spiritu religionis, ut ei honorem qui ipsi debetur exhibeamus. Si Tempora nostra sunt loca, in quibus aperit oculos suos et cor suum ad audiendas preces nostras, ingrediamur illa in spiritu collectionis et fiducia ad recipiendas gratias, quas ibi misericordia ipsius ad malorum nostrorum solatium semper attenta nobis offert.

Parti prima 3

Quamquam Deus nec tempore, quia aeternus est; nec loco, quia immensus est, indigeat; videtur tamen affectasse certa quaedam loca et tempora specialiter destinata, vel ut creaturis suis promissa persolvat, vel ut ab eis colatur. Ubi filium suum unigenitum nobis mittere vult, quamvis jam propemodum à mundi exordio patribus nostris promissus fuerit, attamen non venit nisi in plenitudine temporum, et exiguis Iudaea angustus electus fuit, in quo divertent.

* Et tu Bethleem terra Juda.
Matth. 2.

Ubi vult adorari et sacrificia nostra recipere, loca mystica seliguntur ad exercitium Religionis, quae etiamnum non nisi cararistica et imperfecta erat. Hic est remotus campus ubi super confusum informium lapidum acervum vola offeruntur. Hic modo castra, modo civitas quae sancta Aera transfertur, quam Iudaei velut sacrum pietatis suae monumentum suspiciunt, et tabernaculum Dei cum hominibus.

4

Quis ignorat, quanta cum pompa illud Salomonis Templum olim dedicatum fuerit, quantum ad eius stantiam

Sua dignitatem operibus Statui suo convenientibus et con-
sentaneis sustinissent: Itaque quam enorme cri-
men esset Christianis, si sciantes, quod Tempia nostra
sint loca specialiter à Deo destinata, ut in illis honores,
quos ab ipsis expectat, exhibeant, occultis irriverentiis
vel scandalosis immodestis ea profanarent?

An unquam animum attendistis ad diversas ceremo-
nias, quae in Dedicatione Templorum nostrorum obser-
vantur? Omnis ceteris esse specialiter duae. Episcopus
pedo suo pastorali statim horum Templorum fores pul-
sat, et quamprimum illa ingressus est, frequentes ad-
hibet exorcismos, ut daemones impuroque spiritus inde
egredi cogat. Non sunt amplius profana domus, sed
sunt domus Dei; ipsius nomine vocalatus qui ipsius vires
agit, illorum possessionem cogit, inde exteras has potes-
tates, quae in iis habitationem suam figere volebant, ex-
pellit, ut suam auctoritatem et illorum sanitatem
ostendat.

Verum hoc nondum sufficit, in cerimonia consecra-
tionis Templorum nostrorum ingens cinerum copia spar-
gitur, in quibus cruces exarantur; et siire desideratis
cur haec duae circumstantiae tam religiose obser-
vantur,

9. Id idò fit qua Deus vult, ut ibi Augusto nomini suo
duplicis generis cultus exhibeatur. Nomen ipsius est
nomine sanctum, inquit Propheta, est nomen magnum
addit ipse; oportet ergo ut tum ejus sanitatem, tum
ejus magnitudinem revereamur et veneremur; santi-
tatem quidem, quae nihil impurum potest pati, cum ve-
lit ut ipsius Minister suis exorcismis inde daemones eji-
ciat; magnitudinem vero, quae sine indignatione cultor-
es vanos et immodestos videre non potest, cum velit ut
in Ecclesiis nostris cruces in cineribus exarantur, vera
poenitentiae et exinanitionis symbola: Duo, praecipue fines,
propter quos Tempia nostra elegit et sanctificavit, in
quibus vult ut nomen ejus semper honoretur.

10. Deus sanctus est, et hac ratione nullus Christianus in
ejus conspectum venire debet voluntarie et definite
impurus. Hic sistatis valim fratres mei, et ne perpe-
ram judicio vestra praecipitatis, advertite quae, quod
dicam voluntarie et definite impurus.

11. Non, non, minime praetendo, ut Ecclesia nostra
cuiuslibet peccatori sint clausa. Quis enim et vos et ego

Deveniremus, si ad eas ingrediendas absolute Sanctorum esse oporteret? ad eas accede Zachae, descendendo de summitate Sioniori, ibi à Jesu Christo verba reconciliationis et pacis accipies. Venite ad eas Magdalene paeccatrices, Salvator vester vos in canaulo Simonis vos expectat, utut indigna sitis illius subire conspectum; ipsius infirmitatem implorate misericordiam, et sperate, quòd de summitate poenitentiae tribunalium vobis dicturus sit: remittuntur vobis peccata vestra.

Ergo Ecclesia nostra aperta sunt peccatoribus, sed quibusnam? An induratis peccatoribus illis apud quos ratum fixumque manet in suis remanere perversitatibus? In peccatoribus illis, qui nec ullam cogitationem nec ul' rem desiderium habent vitam mutandi? Qua fronte sustinent formidandam Dei praesentiam, coram quo Dominationes contremiscunt, et throni concutuntur? Qua insolentia usque ad altarium nostrorum pedes afferunt corpora et animas sedatas? Num totius Sanctitatis Deum cogent, ut cum crimine familiaritatem habeat, et an infama Bagonis idolum subsistet ad latera viva ~~no~~ novi foederis Arca?

Tastantur ergo saltem dolorem, quem habent, quòd tanquam rai coram Domino ~~virtus~~ virtutum compareant. Sobriant ergo, quemadmodum Moyses, calcamenta de pedibus suis, priusquam ardentem rubum accedant. Sepeliant ergo sub thesauris crucis idola saeculi, sicut Jacob, qui priusquam vota sua Domino offerret, domesticorum suorum idola sepelivit. Ergo saltem initium doloris de peccatis suis habeant, gratiamque à Deo postulant ad in perpetuum detestandi.

Antiqua primorum Ecclesia saeculorum disciplina quò jam devenisti? Oia praesentia fervidorum Dei vivantis Ministrorum, qui publicis peccatoribus, ipsisque poenitentibus nondum reconciliatis ingressum loci ibius, quam iniquitates ipsorum eis occluserant, denegabant, nullibi amplius nisi in libris nostris invenis. O quantà poenitantes illi gestiebant latitiam, cum post multas ac diuturnas lacrymas, post gemitus et orationes ad sacrorum mysteriorum nostrorum participationem admittabantur! Quanta erat illorum consolatio, quando non amplius audiebant adversum se terribiles has comminationes: foras canas et impudici, Sancta Sanctis sunt! cum quanta voluptate canebant in medio congregationis iustorum ~~participa~~ sacra cantica! Quam suavi júbilo clamabant: Unica Dies transacta in domo tua, O mi Deus, jucundior nobis est, quam millia millium annorum elapsorum sub tabernaculis peccatorum!

melior est Dies,
una in atriis tuis
Super millia. Psal.
83.

Quidquid in nostris Ecclesiis reperitur, sanctitatem spirare videtur. Mystera quae ibi celebrantur sunt sancta, vasa quae adhibentur sunt consecrata, aqua quae in vestibulo Templorum nostrorum collocatur, est benedicta; et haec exterior sanctitas est verum Symbolum illius, quam ibi nobis offerre debemus. Panis qui ibi consecratur, est panis fortium; Cantica quae ibi canuntur, sunt tenera fidelium animarum suspiria, Spectacula quae ibi exponuntur sunt Spectacula sanctitatis: uno verbo, nostra Tempia sunt illud coelum novum, et terra illa nova, de quibus loquitur dilectus Discipulus in suarum revelationum libro, et ubi viginti quatuor Seniores Israël prostrati ad pedes Agni ei coronas suas offerunt. Nam advertite, quaeo, quod in hoc humilitatis et exinanitionis Spiritu oporteat nos ingredi Tempia nostra, ut infinitae Dei magnitudinis et formidandae ipsius Majestati debitum cultum exhibeamus.

Loquar ad Dominum cum sim pulvis, et cinis. Gen. 18. 15.

Isai. 72.

Loquar ad Dominum, inquit olim Abraham, ego qui non nisi cinis sum et pulvis. Ipsi exponam humilitatem et nihilum meum cum intravero in Sanctuarium ipsius, dicebat David*. Si arguar quod coram Arca Majestatis Regiae indigna peccavi, respondebo, quod in praesentia Regis Regum et Domini Dominantium nihil magnum et sublime videri debeat. In hac animi sententia et ludam coram Arca Dei, et vilior fiam plusquam factus sum, et ero humilis in oculis meis.

15. ~~Id ipsum tamen, fratres mei, vos docet Religio vestra, at haec veritates vos parum movent.~~

16. Talia erant olim magni Regis animi sensa; sed quid dixisset haec nostra aetate vivens et nostrae Religionis veritatum consistens oculis fidei. Suae vidisset Deum semetipsum humiliantem atque in victimam offerentem, ut infinitam Patris sui magnitudinem honoraret?

16. Id ipsum tamen, fratres mei, vos docet Religio vestra, at haec veritates vos parum movent. Vanitis adorare Deum qui sub vilibus speciebus abscondit magnitudinem suam, et vos frontem habetis occultandi, quod abjectum habetis, ut magni videamini. Vanitis adorare Deum exterius omni gloria sua spoliatum, et vos semper magnificis vestibus induimini, nec ornatus vestros minime vultis.

* Ezechiel. c. 9.

An non hoc idolum illud est, de quo loquitur propheta? Idolum Zali, quod non nisi ad provocandam amulationem et indignationem Dei in Templo comparat.

Dant; manus, sed sunt immobiles; pedes, sed semper in eodem loco permanent; aures, sed surda sunt ad preces vestras. Non sic verus Deus: sine oculis, sine manibus, sine pedibus, sine aures, omnia videt, ubique est, omnia audit, vel si, ut imaginationem nostram subleuet, atque mentium nostrarum infirmitati se accommodet, sibi oculos, aures, et cor attribuit, et hoc idcirco, ut scilicet videat, audiat, diligat illos, qui eum adoraturi sanctum templum suum accerserint.

Quam felix Christianorum conditio, quod ipsis res intercedat cum Deo tam benigno, tam potente, tam misericordi, qui domum suam facit domum protectionis et refugii, cui volupe est plenis manibus benedictiones et gratias suas in veros suos cultores effundere!

20.

Et vera vera considerare possumus fontem baptismi, cathedram veritatis, poenitentiae tribunalis, Altare sacrificii, velut quatuor amplas scaturigines unda salubres aquae illa saliantes in vitam aeternam in nos diffluunt. Fontem baptismi regeneramur, in cathedra veritatis docemur; in poenitentiae Tribunalibus reconciliamur; super Altare sacrificii pro nobis offertur victima; et haec omnia sanctificationis et felicitatis mysteria in nostris Ecclesiis parantur.

In fonte baptismi non ambiguo et metaphorico titulo, sed vere et re ipsa sumus filii Dei. Apud cathedram veritatis sumus discipuli, quos in sua schola instituit, et mandata sua docet. In poenitentiae Tribunalibus absolvimur a peccatis nostris per infinitam ipsius misericordiam; ad pedes altarium honorem habemus manducandi carnem et bibendi sanguinem ipsius.

Qualis effusio! Qualis abundantia! Quanta plenitudo gratiarum! Eramus extranei, et efficiamur membra corporis, cuius Christus caput est: eramus ignari, et docemur veritates, quarum Christus est auctor: eramus peccatores, et recipimus justificationem, quam merita Christi certam nobis faciunt: eramus infirmi et languidi, et Christus se ipsum nobis praebeat in cibum.

21.

Inluvis egrediatur de loco voluptatis ad irrogandum paradysum p. Genes. 2.

Ubi haec mysteria omnia parantur? In nostris Ecclesiis, quas idcirco SS. Patres paradiso terrestri comparaverunt, unda, fons egrediatur, qui totam superficiem terrae irrigabat, atque quatuor ingentes fluvios formabat.

Equidem verum est, quod SS. Patres huius Genesie loco multum divinos sensus tribuerint.

S. Augustinus Ecclesiam velut hunc terrestrem paradysum intrat, in cuius medio est Christus vera vite arbor, et quatuor virtutes Cardinales, sicut quatuor fluvii illi, qui hunc paradysorum locum irrigantes inde per totam terram diffunduntur.

At Rupertus Abbas rem in alium sensum trahens considerat Ecclesias nostras velut terrestres Paradisos, atque hos quatuor ingentes fluvios esse fontes Baptismi, Cathedras Christianas, Tribunalia Poenitentiae, et altare Sacrificii: Quae quatuor omnem nostram felicitatem in hoc sancto loco efficiunt, in quo manus Dei nos collocare dignata est: Quae oculos Domini semper ad nos intentos, aures ipsius semper apertas, et cor ipsius semper paratum ad nobis benefaciendum tenent.

Quid post haec agere non debemus, ne nos tantis gratiis indignos reddamus? Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi? agebat olim Regius Propheeta, cui nihil ita cordi semper erat, quam ut ei gratitudinem suam testificaretur. Inde sollicitudo illa invocandi sanctum ipsius nomen, et salutis calicem accipiendi. Inde firmum ac constans propositum illud decantandi laudes eius in congregatione justorum, ac de mane adstanti, ac clamores et gemitus velut tot victimas offerendi. Inde pia proposita illa cum alto suo silentio ac exemplari modestia honorandi, à se prophanas cogitationes illas removendi, quae ipsum impedivissent, ne insuavi malicia sanctam illius legem meditaretur, atque infinitas illius misericordias in mentem revocaret.

Animi affectus, proposita, consilia longa diversa ab innumerorum Christianorum consiliis ac propositis, qui plures irreverentias committunt, qui magis vago sunt animo minusque modesti in nostris Ecclesiis, quam essent in locis, ubi quamdam desertam ipsi servandam esse arbitrantur. Si Optimatam quemdam vel etiamnum vulgari hominem cuius aliquam habemus rationem alloquimur, vultum nostrum componimus, ad ea, quae ipsi dicimus vel ab ipso rogamus, serio attendimus: ipsum auscultamus dum loquitur, et si cum afflictum esse cernimus, ei vultu gravi et tristi palam facimus, quod dolor ipsius nobis sit cordi.

Quid dicant et cogitent illi, quibuscum vobis res intrescit, si vos viderent ridere, nugari, dorsum ipsis vertere, cum aliis fabulari, atque de aliis rebus colloqui? Si ipsi

23.

aliqua in vos esset auctoritas, an non domorum suarum ingressum vobis inhiberant, et utrum indignatione daverarent ea, quae ab ipsis rogaratis? Quid vos ei dicatis, et cogitaratis, si quis cum tanta indignitate vos acciperet?

24.

Solum ergo Deum his omnibus injuriis minime morari putatis: ergo solus ipse est, quem impunè offensas vos posse arbitramini. Quando coram illo comparatis cum iniquatione mille vanis phantasmatibus, cum mente vaga et inconstante, cum oculis errabundis et immodestis: Quando, cum ipsi gratias agere dabatis, quod vos in domum suam admittere atque ibidem preces vestras audire dignetur, modo tergum vertitis Altari Sacrificii ipsius, modo colloquia miscetis de negotiis aut fortè turpibus commerciis vestris, modo nihil minus attenditis quam tremendum opus illud, cui assistitis. Proh quanta injuria illum afficitis?

Quam praclarum fuisset, videre Magdalenam comta facie ac splendide ornata Simonis Leprosi coenaculum ingredi, ut se in Christi benevolentiam insinuarat. Praclarum fuisset videre illam vultu arroganti, indecenti corporis habitu, oculis vagis, et verbis probris prophanis ab ipso veniam peccatorum suorum rogare. Si Pharisaeus ille, qui Christum hospitio receperat, intra semet ipsum dixit*: quod si penitus hanc mulierem cognoveret, non tam comiter et benigne illam acciperet: Quid dixisset et cogitasset; si eam vidisset sine attentione, sine reverentia, aeque hilarem, garrulam ac si ludico spectaculo adfuisset, aut cum prociis suis conversata fuisset.

* Luc. 7.

* ibid. 18.

tio*, scandalizabatur, quod videret Publicanum in templo quantumvis à longè staret, nec auderet vel oculos ad coelum levare: Quid non dixisset, si illum vidisset propius ad Altare accedere, eminentiorem in Sancto templo locum occupare, cum consociatis suis de commerciis suo colloqui, vel non habere collectionem et reverentiam quam tremenda Dei Majestas exigit?

25.

Ex his exemplis judicate, quo animo affecti esse debetis, quando Eclesias nostras ingredimini, quando coram Sancto Sanctorum comparatis cum hilaritate illa, distractione, oculis errantibus et lascivis, quos homines votis Similes ferre non possent, si tali modo in illorum do-

mos venistis: an haec ratio esset obtinendi ab eis gratias
quas spiraveratis?

Ubi es Sancta Bernarde, cum jamjam Ecclesiam in-
gressurus omnibus negotiis tuis diceres, ut ad januam re-
manerent ea persolutis sacris mysteriis demum assumtu-
rus, quamvis nulla negotia nec cogitationes haberes,
quas ad Dei gloriam et propriam Sanctificationem tuam
non referres.

Ubi es Sancte et pie Hieronyma, qui cum te quibus-
dam ira motibus precipitanter permisisses Sanctum Tem-
plum ingredi ausus non es, ne hujus passionis fumi, quae
satis extincta tibi non videbatur, animae tuae sereni-
tatem turbarent, atque tuam in precibus tuis collectio-
nem impedirent.

Magni Sancti mortui estis, et valut una vobisum
Christianismi pietas mortua esset, vix talia exempla
amplius videmus, exceptis piis quibusdam animabus, quae
norunt quid Deo debeant, ceteri omnes peccant contra
~~proscriptam~~ praecipuum hoc religionis suae munus. Nul-
la attentio in suis precibus, nulla praecautio ad tumultuo-
sam objectorum, quibus distrahuntur, confusionem à
se ~~removendam~~ removendam, nulla cura ponendi super
labia sua circumspectionis custodiam illam adeo ne-
cessariam, quando de omnium negotiorum gravissi-
mo cum Deo agunt in loco Sancto, ubi oculi et aures ip-
sius sunt semper aperta ad opera et sermones eorum,
qui in illius praesentia comparant.

Christiani minimè pii et hoc praecelaro nomine in-
digni, si tam vehementis desiderium ~~habent~~ habetis lo-
quendi, ridendi, negotia et nova tractandi, an non
habetis domos vestras? oportet ne ut Ecclesia nostra,
quae sunt loca orationis, collectionis, silentii tam proavis
usibus deputantur? Idne continua Dei in vos vigi-
lantia, modestia Angelorum, Sanctitas Sacrificii, Ma-
jestas caeremoniarum Mysteriorum nostrorum vobis
inspirant?

Quando ingredimini Tempia nostra, ponite ergo vos
in praesentia Dei, et persuasi quod ibi vos videat et au-
diat, dicite illi: sis in perpetuum benedictus et lau-
datus o Deus majestatis et gloriae, ad cujus pedes me ob-
volvo: quidquid habeo, quidquid sum tibi offero; acceptum
tibi sit quidquid à te provenit, et emenda quod à me
provenit. Divine Jesu me totum posside, nec unquam

26.

27.